




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Hic liber Henrici est Equi-
tis cognomine Ranzovii.

53,-49
(LN bis 128)

A. C. 1593.
Ætatis 68.

DA BOX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Frantz Rantzow.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

P
D

Num
in
chi

Ob

HE
R
D

Qui n
co

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

# PETRI LIN-
# DEBERGII ROSTO-
# CHIENSIS.

ἡδυσμάτων Partes tres.

*Nunc primùm ab Auctore collectæ; & in ordinem redactæ, quarum Elenchum ſequens pagella continet.*

Acceſsit

*Ob argumenti affinitatem illuſtris viri & Domini*

HENRICI RANZOVII REGIS DANORUM IN Ducatibus vicarii in Heroes & viros quoſdam Marte & arte clariſsimos.

*Epigrammatum libellus,*

Qui nonnulla itidem, partim proſa, partim carmine conſcripta ex Lauterbachii & aliis, de Cimbris, eorum q́; origine fortitudine, & fidelitate, addita ſunt, lectu jucundiſsima

---

HAMBVRGI, 1592.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

## *ELENCHUS PARTIS Primæ.*

Heroum & jlluſtrium virorum liber vnus.
Vrbium liber vnus.
Hodœporici liber vnus
Elegiarum & Poëmatum liber vnus

## *ELENCHUS PARTIS Secundæ.*

Epithalamiorum libri duo.
Epithaphiorum libri duo

## *ELENCHUS PARTIS Tertiæ.*

Epigrammatum libri duo
Diſtichorum moralium libri duo

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# REVEREN-
## DISSIMO ET ILLVS-
## TRIS. PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO IOACHIMO FRIDERI-

co, Adminiſtratori Primatus & Archie-
piſcopatus Magdeburgenſis, Marchi-
oni Brandenburgico, Duci Boruſsiæ,
Stetini, Pomeraniæ Caſſubiorum
& Vandalorum, Burggravio
Noribergenſi, & Rugiorum
Principi &c. Domino ſuo
clementiſsmo.

S. D.

S*VNT, Illuſtriſsime Princeps, Domine clementiſsime, qui pôeſin, non ſecus ac lenones ingenuas turpiſsimè proſtituunt puel-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*las, quocunq; auro venalē exponunt: Et ſunt, qui ſingulari quodam in bibliopoliis proſtandi et vanæ gloriolæ aucupandæ cacoethe carmen contexunt, quorum illos abominor, hòs vitupero. Illos abominor: quòd omni poſthabito pudore, decore, honore, quemcunq; Plutum amuſum & indignum, ſacra nuptialia, natalicia, vel parentalia ſolemniter celebrantem, & quemcunq; hoſpitē nummoſum, etiam ſibi nec de facie nec de famâ notum, verſibus ſuis levi flatu, & citra laborem effuſis, excipiunt, ut ſtipem inde emendicent, & lucellum aliquod lucrentur.* Hos *vitupero: quòd veſanâ ambitione obſeßi, nil*

*ſpect-*

ſpectēt aliud, quā admirari & legi ab
omnibus; nil cupiāt aliud, quā orbis et
urbis decus et laureati vates haberi.
Etſi autē hi potius, ob ſtolidam ſuam
ambitionem, orbis & urbis pecus &
larvati fatui habendi forent, tamen
non poſsum non confiteri, propius hos
ad honeſtatis metam collimare, quā
illos, verùm neutrius nos ſubſcribi-
mus opinioni, ſed utriusq; tanquam
putidam & pernicioſam pror-
ſus abjicimus, ſive ex poëſi hono-
res ſive opes ſibi ſomnient. Hâc
enim gratiá nequaquam ars poëtica
inventa eſt, ut cauponatrix ars ſit,
nec coli eam ob cauſam debet, ſed ut
cœli & terræ opificis ſummi laudes,
heroum virtutes, claraq; facta Du-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*eum culto, arguto, & caſto carmine
decantentur, mortaliumq; animi, cu-
ris laboriferis & cordipremis æru-
mnis ſaburrati, ſubleventur et reficiā
tur. Qui hanc metam ſpectat, nec ex-
pers erit magnarum opum, nec hono-
rum, quin fieri poteſt utrumq;, ut ali-
cunde, fortunæ bonis, (ut Euripides
ab Archelao.* P. *Statius ab Imperat:
Domitiano, Biarnus, regnum brevi
epigrammate merens, à Daniæ pro-
ceribus) ornetur: Et ad honores, (ut
Virgilius, cui populus Rom: in thea-
tro recitanti, perinde ac Auguſto
aßurrexit. Horatius, qui Tribuniti-
am dignitatem adeptus. Et Sillius
Italicus, qui proconſul Aſiæ factus-
& ad*

& ad tertium Conſulatum eſt perductus) rapiatur. Atqui prædicta omnia non eó ſpectant, ac ſi Poëtis omnino honoribus & opibus neceſſarió ſemper nuncius ſit remittendus: Abſit illud, non ea mens mea eſt: Nemini enim non notum eſt illud: Dignus eſt operarius mercede ſuâ, quodq́; ijdem Poëtæ non ferè, ſed verè litteratorū omniū ſit miſerrimi et egeni, ſed avaritiā nonnullorum verſificatorum, aucupium ex Poëſi facientinm, nilq́; præter opes & honores inde quærentium, taxo & tango. Nec ipſimet hoc in loco illuſtris & nobiliſſimi herois, HENrici Ranzovij, Regij in ducatibus vicarij Mecænatis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

cænatis & amici noſtri perpetuâ ob-
ſervantiâ colendi , ſummam, quam
nobis oſtendit affatim,humanitatem;
& uberem, quam nobis exhibuit mu-
nificè liberalitatem,negare poßumus,
Cùm tanta ſit,ut absq; ſcelere nec ſilē-
tio ſepelire velimus nec queamus. Dij
boni! quàm multa ille nobis præſtitit
officia & beneficia : quàm ſæpe ille
nos juvit conſilio & auxilio ſuo:quàm
ſæpe benignè nobis fecit, & munere
ſatis magno nos affecit. Atqui omnia
hæc ipſe ego grato animo,citra ambi-
tionem & avaritiam, quam in præ-
dictis deprehendo & reprehendo,
ſuſcepi & agnovi, & grato animo,
quoad lucis uſurâ in hoc immundi



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

mundi piſtrino fruar, agnoſcere non deſinam. Quin nec hodie mihi deeſt, ſed operâ & ope ſuâ, ut opus præſens publicum indipiſceretur emporium, adjuvit, utq; tibi, Princeps illuſtriſſime, conſecrarem, multa mihi de virtutibus tuis admirandis, de ſingulari erga ſtudium Poëſios amore, rarâ eruditione & ſummâ erga literatos liberalitate prædicans, auctor fuit. Cui aliquot magni nominis & dignationis virorũ, de ſingulari animi tui candore, morum feſtivâ comitate, & exquiſitâ prudentia, quibus præ multis alijs Germaniæ principibus donatus & dotatus es divinitus, acceſſêre teſtimonia. quæ tantùm apud me

valu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

valuêre ut nemini alij, quàm tibi uni hunc laborem dicandum & dedicandum protinus ipſemet ſtatuerim.

Accipe igitur, princeps clementiſſime, quos ſub ampliſſimæ auctoritatis tuæ præſidio lucē aſpicere volui, hoſce primos juventutis meæ fœtus, accipe & inquam ſereno vultu eos ſuſcipe, meq́, qui ob inſignium virtutum concurſu te colit & ſuſpicit ſummopere, inter clientes tuos habe. Vale. Roſtochij, Anno ultimæ Dei patientiæ CIↃ. IↃ. IIXC. Sexto Calendarum Auguſti.

C. T.
A.

Petrus Lindebergius
R.

PRÆFATIO

# CANDIDO LECTORI MEO S. DICO PETRUS LINDEBERGIUS.

AVe, candide Lector, atq; habe tibi quos in unum hunc compoſuimus faſcem, ὑδησμάτων meorum libellos. ὑδησμάτων inquam, & quidem juveniliū. Nam ſic inſcribere eos placuit, cùm ut titulus operi reſponderet, tùm ut ſi quid fortè frigidius, jejunius effuſum, emiſſum, ipſa nos apud alios excuſaret inſcriptio. Non enim infiteri poſſū, multa irrepſiſse levia, juvenilia multa, frigida multa. Nec rurſum negare poſſum, non uno eodemq; omnia ſcripta stylo. Adoleſcētes imitabamur potiſsimum Criticos, quibus amicorū monitu nuncium remiſimus, ubi ad virilem vergere cœpimus ætatem, quam nec dum, undetriceſimum à natali noſtro hodie primum ſalutantes

tes, attigimus. Hæc hæc cauſſa eſt, cur non unâ ſemper decantatum chordâ, cur modò elatiore, modò depreſsiore ſtylo; modò obſoletis, modò conſuetis vocabulis; modò Criticorum caſcis, modò neotericorum novis phraſibus fuerim uſus. Hæc hæc cauſſa eſt, cur nonnulla, quæ conſcripſeramus Epigrammatum Veneris, ut loquitur Politianus, marito devoverim, nonnulla tanquam abortivas adoleſcentiæ meæ nugas & immaturũ fœtum expoſuerim, & pauca quædam penes me retinuerim, quæ tandem amicorum monitu, ſuaſu iuſsu collegi, collectaq; ut lucem aſpicerent, jurisq; publici fierent, typographo exhibui. Habes mi lector mentem & primos noſtros conatus. Reſtat ut æqui boniq; illos facias, mihiq; ſi quid in illis eſt, quod ad palatum tuũ non facit, quodq; ad rigidam normam non caſtigatum, limatum, veniam benignè indulgeas, omnino ſtatuens

tuens

tuens, tùm tuis, tum aliorum doctiſſimorum Studijs & ſuam aliquando fuiſſe infantiam. Salve.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

# IN PETRI LINDEBERGI Opus Poëticum

*Epigramma.*

## M. MARTINI PLECII, AULICI APUD HADERSLEBIENSES CONCIONATORIS.

*COElo natus homo naturæ ſemina ſpectat,*
*Nec cupit interitum, ſed ſuper aſtra vehi.*
*Mors tamen obrepit, non exorabile fatum,*
*Omnibus & Parcas injicit illa manus.*
*Naſcitur hinc ſtudium vitæ, virtutis & ardor*
*Emicat, & Sophiæ nomine nomen adeſt:*
*Quod non tempus edax viciat, non ſortis egeſtas*
*Deſtruit, aut rapidi flamma futura rogi.*
*Nam Deus & Phœbus Muſarum germine cinctus,*
*Præmia pro meritis non moritura parant.*
*Fonte caballino tinctos & in aſtra levatos,*
*Nominis invicti fama perennis amat.*
*Quod* PETRVS *ſtabili* LINDBERGIVS *urget amore,*
*Naturá, ingenio, carminis arte valens.*
*Non vanos titulos ſequitur, nec inania verba,*
*Sed pede Petræo viva trophæa locat.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Plenus dum Sophiæ ſucco, virtutis amore
  Quæ legit & vidit, verſibus offert opus.
O te fœlicem, quem ſic finxere poëtam
  Petra, polus, pietas, patria, palma, Pater.
O te Petræum quem ſic juvere Poëtam,
  Rantzou, Caſelius, Chytra Minerva, labor.
Vive Deo patriæq; diu, Clarioq; Roſeto:
  Cœleſtes ànimos Muſicus ardor agit.

## Aliud in idem opus.

### M. IOHANNIS POSSELII R.

Perplacuere tuæ jampridem Carmina venæ
  Vatibus egregijs, magnificisq; viris
Quæ cum CALLIOPE vidit diſperſa vagari,
  Excepit placidis te veneranda ſonis:
Carmina ni cogas tua mollia corpus in unum,
  Fortè alius famam, qui ſibi quæret, adeſt.
Illius ergo catus monitis quia deniq; pares.
  Gratulor & cœptum laudo proboq; tuum,
Quin ſcio dum docti florebit Carminis uſus,
  Quod quoq; LINDBERGI nominis vſus erit,
Nominis vſus erit, tua Carmina PETRE manebunt
  Donec erunt Montes, donec erunt Tiliæ.

## IN HODOEPORICON EJUSDEM P. L.

EPI-

EPIGRAMMA

## IO ANNIS FREDERI S S. TH: Doctoris.

*Salve* LINDBERGI *ſalve* EXRERIENTIA, *ſalve,*
*Artibus unde venit, moribus unde nitor.*
*Plenius unde ſcias quæ ſcis, auditaq; ſpectes,*
*Quæq; magis deceant te, deceantq; minus.*
*Et facias facienda tibi, vitandaq; vites,*
*Quæq; ſcias, alij, te duce, multa ſciant.*
*Trans mare qui currit, melior nec redditur inde,*
*Vtilius poſſet quàm foris, eſſe domi.*
*Qui verò pulcris doctrinam moribus ornas*
*Sint tibi fauſta domi, ſint tibi fauſta foris.*

## Aliud in idem.

## JOANNIS DOMANNI I. U. Doctoris.

*Trans ſola qui currunt, Lindbergi & trans mare, mutant*
*Cœlum illi, verbum eſt ut vetus, haud animum.*
*Ecquid & hoc in te? quem, trans ſola, trans mare, ducis*
*Ætatis vigor hic, & vigor ingenij,*
*Non equidem, humani generis cognoſcere mores*
*Suave tibi, (& cui non ſuave?) ſuave mihi.*
*Nec tamen hoc tantum qui enim neget utile? quiſnam*
*(Iuppiter ut lautam) paſcier ambroſiam?*
*Quæ fonte auguſtæ Sophiæ deducta perenni,*
*Suaviloquo ubertim manat ab ore virûm;*

*Queîs paſſim hic ſeſe fortis Germania jactat,*
*Et ſe paſſim iſthic jactitat Italia:*
*Quin etiam varios caſus perpendere, & urbis*
*Mœnia, quæ nunc ſtant, cernere, diruta mox;*
*Vt non perpetuum quidquid Luna aſpicit utq;*
*Vrbs una emoritur quando alia exoritur:*
*Nec vidiſſe ſatis: verùm perquirere cauſas,*
*Quæ mala ſeditio, gignat & ambitio:*
*Quidve aliæ peſtes aliud: quæ Pharmaca contrà,*
*Quid ſapere eſt, ſi non hæc ſapere, eſt ſapere?*
*Hoc ita fit. culto varia hæc quod carmine cantas,*
*Cernere quæq́; ſolo, ſunt data, quæq́; ſalo:*
*Bellè audis meritò. ducunt tua carmina ducunt*
*Italiam in Patriam, & Patriam in Italiam.*

## Aliud in idem
## M. SAMUELIS CRUGERI.

*Magna, manus veterum, laus eſt, ſciviſſe petentes,*
*Major, longinqui, mœnia adire ſoli;*
*Maxima, feſtivo ſtuduiſſe includere verſu,*
*Quæ data ſcire prius, quæ data adire prius,*
*Magna tibi hinc, major, Petre, maxima adorea ſurgit,*
*Claudis, adis, qui ſcis, carmine, regna, manus.*

## IN AUCTORIS EPI-GRAMMATA. E.

M. BERN-

# M. BERNHARDI HEDERICI, SCHOLÆ SUERINENSIS RECTORIS.

*Formoſum decorant precioſa monilia corpus*
*Et precium illuſtrant ipſa decusq́; ſuum.*
*Sic tu, Petre, brevi longas Epigrammate laudes*
*Doctorum enumerans ingeniumq́; virum.*
*Ipſe tui ingenii pauca haud documenta recenſes,*
*Laudis & æternæ ſpemq́; fidemq́; facis.*

## ALIUD EJUSDEM.

*Vt rapit aligeras Cereris dulcore puellas*
*Hybla, nitens terræ gloria Trinacriæ,*
*Sic Muſas, harumq́; rapis dulcore miniſtros,*
*Petre, Obetritarum fama futura Rhodi,*
*Qui ſpirare etenim hæc Epigrammata mella negabit,*
*Febrit, & haud unquam dulcia percipiet.*
*Dii modò te Muſis, patriæq́;, ſibiq́;, tibiq́;*
*Conſervent, ſervent, te, mea cura, mihi.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

# PETRI LINDEBERGI ROSTOCHIENSIS.

## *PRIMÆ PARTIS* ἡδυσμάτων.

## LIBER PRIMUS, CONTINENS HEROES.

### ALEXANDER MAGNUS.

*SI quisquam meruit Magni cognomine dici,*
*Hic certè ex multis millibus unus erit.*
*Qui mare, qui totum juvenis compeſcuit orbem,*
*Cunctaq; Regna ſuo ſubdidit Imperio.*
*Reſtabat Cœlum, cui, ne quoq; bella moveret,*
*Correptum luxu Mors properata necat.*

### ANNIBAL.

*Primus ego Romam cunctos cum ſperneret hoſtes,*
*Edocui Pœnos ſcire pavere meos.*
*Celſasq; inſtitui fractis cervicibus, Alpes*
*Inſolitum ignoto tramite ferre jugum.*
*Pro quibus egregiis & tam præſtantibus auſis,*
*Quæris; quid portem muneris? exilium.*

C. JVLius

## C. IULIUS CAESAR.

*Quis fuerim bello, totus mihi ſubditus orbis.*
*Quis fuerim ſcriptis, charta recenſet anus.*
*Durum Martis opus decies quinq; ipſe jubivi,*
*Romaniq́; fui conditor Imperij.*
*Patria plus nocuit mihi, quàm fortiſsimus hoſtis,*
*Quod minus hic fecit, fecit id illa magis.*

## CAROLUS MAGNUS.

*Imperij ſedes, per te, Germania facta eſt,*
*Suſcepitq́; ſacram Saxonis ora fidem.*
*Per te Pannoniis miſer Hunnus concidit agris,*
*Redditaq́; Aoniis gloria adempta Diis,*
*Hinc eſt, quòd Magna vociteris CAROLE Dive,*
*Magnus ſis aliis, Maximus eſto mihi.*

## CANUTUS MAGNUS, REX DANIÆ, SUECIÆ, NORVEGIÆ, ANGLIÆ, ET NORMANNIÆ

*Quod Regum nulli Danorum contigit ante,*
*Contigit & nulli poſt mea fata itidem.*
*Solus ego poſſum jactare, potentia quinq;*
*Subjecta imperio Regna, fuiſse meo.*
*Non igitur mirum, MAGNI quod nomen adeptus.*
*Magna mea id quondam facta dedère mihi*

GODE

## GODEFRIDUS BULIONIUS.

*Dum Solymas multo* GODEFRIDVS *milite cingit,*
*Muroſq; aſcendit primus, eoſq; capit.*
*Regalem meret ex auro rutilante coronam,*
*Quàm portare iſto noluit ipſe loco.*
*Dicens: Non æquum eſt, homo geſtet ut aurea, Chriſtus*
*Hic ubi geſtavit ſpinea ſerta* DEVS.

## ALBERTVS MARCHIO BRANDEB:

*Quàm fuerit præſtans animo hic* GERMANI*æ Achilles,*
*Sat novit gemino ſubdita terra polo.*
*Quam fuerit præſtans armis & vindice dextrâ,*
*Sat novit damno Norica terra ſuo.*
*Si Mars, hoc vivo, belli Deus eſſe negaſſet,*
*Hic potis illius ſuſtinuiſſe vices.*

## CAROLVS V. IMPERATOR.

*Major ab Auguſti non vixit tempore Cæſar,*
*Cui tam conſtanter ſors magis æqua fuit.*
*Qui debellavit plures felicius hoſtes,*
*Victor & ex Victis plura trophæa tulit.*
*Qui plures: ſed eſt laus uni hæc ſufficit vna,*
*Non habuit, nec habet* CAROLVS, *orbe parem.*

## CHRISTIANUS III. DANIÆ ET NORV: REX.

*Tempore*

*Tempore quo vixti, non vixit juſtior alter*
*Rex, vel laude togæ, vel quoq; laude ſagi.*
*Tempore quo vixti, non vixit clarior alter*
*Rex, vel juſticiâ, vel pietate piâ.*
*Cætera non referam, ſatis hoc tua congrua narrant*
*Omina nominibus, nomina & ominibus.*

## COSMUS MEDICES MAGNUS HETR: DUX.

*Quæ tibi cum ſacris res eſt,* DVX MAGNE, *Camœnis?*
*Cur tibi cum Phœbo mutua debitio?*
*Cauſſa patet, ſacris templum commune Camœnis*
*Dux habuit præſtans Amphitryoniades.*
*Inſuper Aöniis colitur cum laude Deabus,*
*Fluminis Aönii Pegaſus auctor equus.*

## FRIDERICUS II. DANIÆ REX.

*Cum numero pariter Fortuna ſecunda Secundi*
*Impoſuit titulum,* DIVE SECVNDE, *tibi.*
*Qui modò, ſi juſti pateretur temporis ordo,*
FRIDRICVS PRIMVS *rectius eſſe meres.*
*Conſtat enim vivens fueris quod maximus heros,*
*Et pater Arctoi, Rexq́; , ſoli atq; ſali.*

## CHRISTIANUS IV. HODIERNUS REX DANIÆ.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Non lepores timidos tumidi genuère leones,*
*Sed naſci fortes fortibus usq; ſolent.*
*Hinc ſpes magna fovet validos, Rex optume, Danos,*
*Pulcra ſecuturum, te quoq; facta patris.*
*Imò æquaturum: Nam cúm nunc Symbola monſtres*
*Talia virtutum, poſt modó quid facies?*

## JOANNES GEORGIUS ELECTOR BRAND:

*Teutoniæ inſignes ad cœli ſidera tollat,*
*Qui volet, Heroes, hunc ego laudo Ducem.*
*Quo ſenior Princeps, quo vel prudentior alter,*
*Non jam Romano vivit in imperio.*
*Vnus perſonam reliquorum ſuſtinet, unus*
*Imperii pater eſt, imperiiq; avus eſt.*

## JOACHIMUS FRIDERICUS MARCHIO BRAND: ET ADMINISTRATOR MAGDEB:

*Sunt aliis Ducibus ſua ſingula munera divúm,*
*Hic dextra, ille toga, tertius ore valet.*
*Tu longé exſuperas, DVX illuſtriſſime, cunctos,*
*Cunctaq;, cum reliqui ſingula, ſolus habes.*
*Dius et omnigenas includis pectore dotes,*
*Quæ deceantq; Duces, quæ deceantq; Deos.*

JOAN.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## JOANNES SIGISMUNDUS MARCHIO BRANDEBURGENSIS. AD:FILIUS.

*Non ſatis exiguo hoc te poſſum dicere verſu,*
*Tantæ ſunt laudes, DUX GENEROSE, tuæ.*
*Qui juvenis virtute, animo, famaq; mereris,*
*Magnum magnates inter, habere decus.*
*Crede mihi, eximiis quoq; factis, tempore juſto,*
*Ipſos antiquos exſuperabis avos.*

## WILHELMUS DUX CURLANDIÆ.

*Si venus hunc videat divâ cum Pallade dicet,*
*Hic noſtro, haud alius, dignus amore foret.*
*Si Mars hunc videat cum Cynthio Apolline dicet,*
*Hic noſtro, haud alius dignus honore foret.*
*Per Dium Fidium, vix illo Principe Princeps*
*Strenuior, gravior, pulchrior, alter erit.*

## UDALRICUS DUX HOLSATIÆ FRIDERICI 2. DANIÆ REGIS FILIUS.

*Patris es, UDALRICE, tui veriſsima Proles,*
*Regali vultu, magnanimoq; animo:*
*Matris es, UDALRICE, tuæ veriſſima proles,*
*Moribus auguſtis, entheo & ingenio.*
*Dii faxint referas Fortunâ poſt quoq; Patrem,*
*Et Sophiâ Matrem: Nil magis opto, ſat eſt.*

## HERCULES ET TITUS, STROZÆ.

*Huc uſq; ambiguá hæc lis multá lite pependit,*
*Armis an arti gloria prima foret.*
*Strozarum Clarius litem ſub gente diremit,*
*Hanc illis, illa hac, nolle carere probans.*
*Præ reliquis igitur, STROZARUM diva propago,*
*Arte ſagoq; valet, Marte togáq; viget.*

## PETRUS BEMBUS CARD:

*Quæ tantùm veteri jactatur ſtemmate avorum,*
*Lauta nequit dici verave nobilitas.*
*Nam ſtirps, doctrina, & cunctarum copia rerum*
*Nobile perficiunt, conſtituuntq;, genus.*
*His tribus emicuit quòd BEMBUS laudibus unus,*
*Tergemina meritò nobilitate fuit.*

## JOANNES RANZOVIUS EQUES AURATUS.

*Regibus imponi tribus hic diademata vidit,*
*Et tribus aſſedit, conſiliumq; dedit.*
*Hujus & auſpicio Dithmarſia Martia victa,*
*Fortibus & Danis palma parata fuit.*
*Si Diî nunc meritis penſarent laudibus æuum,*
*Hic certè nunquam vermibus eſca foret.*

DANI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## DANIEL RANZOVIUS.

Edomui Suecos Danorum milite Regis,
  Tres capiens belli, ſorte juvante, Duces.
Milliaq́; oppreſſi non multo milite multa,
  Et ſæpe exſuvias victor ab hoſte tuli.
Hinc eſt, quod nulli pulcrá virtute ſecundus,
  Nulli animo, nulli nomine, neq; fui.

## HENRICUS RANZOVIUS V. R.

Divitiis tantum Plutus, Mars belliger armis,
  Artibus ingenuis doctus Apollo micat.
At decus Holſatiæ, HENRICUS RANZOVIUS, ipſis
  Divitiis pariter, Marteq́; & Arte micat.
Nonne ergò potior Divis ? quoniam tria præſtat,
  Quæ ſimul hi terni non potuêre Dii.

## FRIDERICUS RANZOVIUS, H. V. FILIUS.

Non laudes æquare, ſed exſuperare parentum,
  Vincereq;, haud vinci, mens mihi firma ſtetit.
Diîs aliter viſum, qui Mortem Marte propinant,
  Laudem per fraudem, vivere perq́; necem..
Nil moror ignivomi pereo quòd fulmine teli,
  Hoc queror, hoc doleo, clam quod ab hoſte necor.

LAM.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## LAMBERTUS DISTELMEJERVS CANCELLARIUS ELECTORIS BRANDEBURG.

*Si doctrina, labor, virtus, ars, Suada, virûmq́;*
*Gratia ſummorum, vincere fata queant:*
*Non equidem hic præſtans, quid? præſtantiſſimus heros*
*Corpora, ſublatus morte, dediſſet humo.*
*Nunc tacito obſtupeo obtutu ac perterritus aſto,*
*Numina cùm cernam talia poſſe mori.*

## CHRISTIANVS DISTELMEJERVS EJVSDEM ELECTORIS POST PATREM CANCELLARIVS.

*Sat tua nemo poteſt encomia dicere verſu,*
*Nemoq́; virtutes ſat celebrare tuas:*
*Materiam exſuperas longè, VIR NOBILIS, omnem,*
*Neq́; tot elinguem laudibus eſſe facis.*
*Quis qui ſis, quantus ſis, ſcriptis, nomine, factis,*
*Dicere cùm nequeam, dicet vterq́; polus.*

## RUDOLFFUS WILHELMUS MECHBACHIVS ADMINISTRATORIS MAGDEBVRG. CANCELLARIVS.

*Tu nil laudis eges, MECHBACHE ampliſſime, noſtræ,*
*Nam tua ſat toti cognita fama ſolo eſt.*

*Qui patriæ columen domini manus altera fulcrum*
*Aulæ, Muſarum Gloria, juris honor,*
*Sed, cum nil egeas laudis, nil amplius addam,*
*Ne videar laudes diminuiſſe tuas.*

## M. ATTIUS PLAUTUS.

*Romanæ pullum Muſæ qui neſcit, & illud*
*Delicium Phœbi, delicium Charitum.*
*Melliſluum relegat PLAVTVM, hic ex omnibus unus*
*Verba habet Aoniis ebria deliciis.*
*Hic veterum Auctorum genios, hic Pectora Phœbi.*
*Poſſidet, hic Suadam ſpirat, itemq́ ſales.*

## VOLUSIUS POETA PATAVIN.

*Pectus habes, VOLVSI, Cyrrhæo numine plenum,*
*Dum ſcribis varias verſibus hiſtorias.*
*Numen habes, VOLVSI, Cyrrhæum pectore pleno.*
*Dum Romanorum bella patrata canis.*
*Attamen ambigitur, num ſis mage carmine vates,*
*Num magis Hiſtoricus: Quid? ſimul hic & is eſt.*

## C. VAL: CATULLUS.

*Fama refert tantúm debet Verona CATVLLO,*
*Quantúm divino Mantua VIRGILIO.*
*Verúm eſt: hic etenim patriæ dulciſſima laus eſt.*
*Ille ſuæ vivax gloria: vterq́ nitor.*
*Hic Rex, is princeps Vatum: hic lux, ille lucerna*
*Italiæ: is ſcriptis divus, at hic DEVS eſt.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## P. VIRGILIUS MARO.

*Duplex Mæonides, triplex Grynæus Apollo,*
*Melq́; merum heroo eſt carmine* VIRGILIVS.
VIRGILIVS *mundi eſt Phœnix, ſirenq́; Latina,*
*Lux ſine nube, & cum luce ſerena dies.*
*Cunctorum ſidus Vatum, Vatumq́; Monarcha,*
*Et, quæ omnes cupiunt, omnia, ſolus is eſt.*

## T. LIVIUS.

*Et fax præteriti, & fons Suadæ, ô inclyte* LIVI *es,*
*Et certus veri nuncius atq; fides.*
*Cura tibi hiſtoria eſt, per te quoq; mortua vivunt,*
*Stant ſua Virtuti præmia, pœna malo.*
*Vnde tui cives, quorum facta optima ſcribis,*
*Te lumen vocitant, hiſtoriæq́; patrem.*

## VALERIUS FLACCUS.

*Quis vitio vortet, ſi teq́; tuamq́; Poëſin,*
*Lauriger ô* VALERI, *ſidera ad alta feram.*
*Qui, cum non poſsis Vatum caput eſſe ſupremum,*
*Quod reliquum tamen eſt, cor merum es, ac anima.*
*Et multis aliis, queis melli laurea ſerta,*
*Par Virtute gravi, parq́; lepore pari.*

## C. PLINIUS SECUNDUS.

PLINIVS *omnigenûm naturas ordine rerum*
*Tantę deſcribens ſedulitate refert.*

Vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Vt miracli inſtar trifido ſit factus in orbe,*
*Et num verus, adhuc ſit, dubitetur, homo.*
*Sed verum eſſe hominem certum eſt, & certius illud*
*Hunc non ante ſua, aut poſt ſua fata mori.*

## D. AMBROSIUS MEDIOLANENSIS.

*Quis dicendus is eſt, ſacro cui fulget ab ore*
*Simplicitas, virtus, cum pietate fides.*
*Nonne Deus? minimè: humano nam corpore cretus*
*Noſcitur humano corpore, corde* DEVS.
*Num dicendus homo? haud ſic, quis tum? Divus habendus*
*Ergo Divus eris, Divus hic* AMBROSIVS.

## GEORGIUS TRAPEZUNTIUS.

*Rem propè inauditam referam,* TRAPEZVNTIVS *ille*
*Defunctus ſemel eſt, vivus itemq; modò eſt*
*Mortuus & ſenſus, ſeſe cernentibus, aufert.*
*Quos vivus minimè diripuiſſet homo.*
*Inſuper hic fuit, eſt, & erit: Non credis? at ecce*
*Credes, poſt obitum quid ſacra fama queat.*

## AMBROSIUS CALEPINVS.

*Si quis adhuc ſacras Aſcrææ ad Phocidos undas*
*Ingeniis locus eſt, numinibus locus eſt,*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Certè, altáſ alium* CALEPINVS *condere gliſcit,*
*Numinibus priſcis, ingeniisq; parem.*
*Quin fecit dudum, & talem tantumq; laborem*
*Qualem vix poſthac quis generare poteſt.*

## LAURENTIUS VALLA,

*Plus & majus ineſt* VALLÆ, *quàm farier auſim.*
*Pallade devicta Phocidos arva tenet.*
*Cernens Pallas ait: quá ſedem ſede reponam,*
*Sedemq; in* VALLÆ *protinus ore locat.*
*Hinc ejus famæ, magni dædalmata mundi,*
*Laudiq; anguſta eſt machina tota poli.*

## MARCUS MUSURUS,

*Nil quàm* MVSVRVM. *Muſarum nomen inane*
*Hactenus, & falſò, ſum tenuiſſe ratus.*
*Nunc poſtquam ingenium ſenſi, famamq; perennem,*
*Omen Muſurum & nomen habere reor,*
*Verùm an Muſarum* MVSVRVS *nomine dictus,*
*Muſúri an Muſæ, non memorare queo.*

## IOVIANUS PONTANUS,

*Quiſquis* PONTANI, *miraris flumina linguæ,*
*Oblitus propriæ, ne moriare, cave.*

*Hic*

Hic Suadæ eſt ſiren, cantuq; interficit omnes
  Qui ſuperare ejus nobile nectar amant.
Et Deus eloquii id veritus, fataliter ergò
  Virgà percuſſum ſuſtulit ipſe ſuà.

## HERMOLAUS BARBARUS

Omina nominibus non rectè ſemper ineſſe,
  Nec rectè ſemper nomina in ominibus.
Id tu demonſtras præclaris Barbare ſcriptis
  Qui falſum falſo nomen in omine habes.
Barbariemq; juvas impenſè vincere, victor
  Ob quod Barbariæ jure vocandus eris.

## IASON MAJNIUS. I. C.

Non hic eſt, claram qui Colchida luſit IASON
  Ipſiq; aurato vellere ademit ovem.
Sed juris decus eſt è multis millibus amplum,
  Milliaq; eſt inter multa lucerna fori.
Hic ſponſæ fidus Themidi, ſed perfidus alter,
  Hic data dat rurſum, is non data furto adimit.

## CHRISTOPHORUS LONGOLIUS

Non benè LONGOLIVS cum Phœbo ſpirat ephebo,
  Nam meus eſt Helicon collis, uterq; refert.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

*Phoebus at, ut penitus ſe victum conſpicit iri,*
*Vincere non vinci, ſuevi ego victor, ait.*
*Quare ut te quoq; LONGOLI ex Helicone repellam,*
*Te faciam fato vincier ante diem.*

## PHILIPPUS DECIUS I. C.

*Cerne animo hunc animum fandi clariſſimus auctor,*
*Nec minor ingenio, judiciove minor.*
*Totius juris DECIVS venerabile lumen:*
*Totius DECIVS juris honorus honor.*
*Illſtrem illuſtrat scriptis illuſtribus orbem,*
*Mox magnus, major, maximus unde viget,*

## ERASMUS ROTERODAMUS.

*Nec Deus es, nec homo, nec neuter, ſuavis ERASME,*
*Rurſus, ERASME, tamen, neuter, homo, & Deus es.*
*Poſt id diſſimilis ſimilisq; es neutri, hominiq;,*
*Nec non aſsimilis, diſsimilisq; Deo.*
*Quid Muſa intricata refers? dic ordine: Dicam.*
*Verus homo hic vero eſt corpere, mente Deus.*

## GUILHELMUS BUDÆUS.

*Audax Barbaries invaſerat undiq; linguas,*
*Roma ſuperba, tuas; Hellas honora, tuas.*

*Hanc clavâ domitat forti BVDÆVS: an hunc non*
*Gallorum dices Amphitryoniaden,*
*Quid? modicũ hoc: Nam qui Latiũ, quiq; Hellada ſervat*
*Hellados & Latij dicitur eſſe parens.*

## CÆLIUS CALCAGNINUS.

*Quem, qualem, aut cujus naturæ dixeris eſſe,*
*Qui lumen tacitis reddidit è tenebris.*
*CÆLIVS expulſis tenebris, Helicone reducto,*
*Lucem natali rettulit Italiæ.*
*Et meruit, cum jam viduatus luminis uſu,*
*Vt tamen è tenebris luce nitente micet.*

## LUDOVICUS VIUES.

*Cum pluit & Phoebus roſeum jubar abnegat arvis,*
*Quilibet intentus triſtibus eſſe ſolet,*
*Non igitur LVDOICE novum eſt, quód patria triſtis*
*Quod pluat lacrymas, tu quia Phœbus abes.*
*Translatus cœlo, reliqui tua ſidera docti,*
*O quàm perſtringis lumina ſideribus*

## PAULUS IOVIUS.

*Perderet annales ſi bibliotheca vetuſtos,*
*Ingenium IOVIVS, quo repararet habet.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Hiſtorias etenim ſcribit, magnumq́; virorum*
*Monſtrat, narrat, agit, facta duella neces.*
*Quis dubitat ſtupidus, uirtutum Pallada in unum]*
*Congeſſiſſe hujus ſcrinia cuncta caput.*

## IULIUS CÆSAR SCALIGER.

*Qui veterum genios poſt Plautum ſolus habebit*
*Omnes, aut nemo, aut* SCALIGER *ipſus erit.*
*Qui, velut hunc pulcrè, Lipſi doctiſſime, pingis,*
*Gloria, fama, jubar, suada, medulla, lepos.*
*Et Phœbi & Charitum, Muſarumq́; Atticus hortus,*
*Et Rex doctorum, dæmoniúmq́;, virúm eſt.*

## GEORGIUS SABINUS.

*Carmina ubi cernit Pelignus terſa* SABINI,
*Non, inſit, memini, aſt hæc mea ſcripta reor.*
*Sin alia alterius, magnum teſtabor Olympum,*
*Quod meus hic animus, vena quòd hæc mea ſit.*
*Dum loquitur, dubitat multùm, tandemq́;* SABINO
*Dia videt venam fata dediſſe ſuam.*

## CONRADUS GESNERUS.

*Si quis Athenarum, Latiæ vel in omnia Romæ,*
*Ingenii expreſſit dexteritate ſophos,*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Si quis naturas cunctorum animantium ad unguem*
*Novit, quæ paſsim terra vel unda fovet.*
*Si quis qui columen Sophiæ aut Pandora vocatus,*
*Diſpeream ſi non hic* TIGVRINVS *erit.*

## PAULUS MANUTIUS A. FILIUS.

*Vivit adhuc genitor tuus in te docte* MANVTI,
*Et tuus in te habili numine vivit avus.*
*Hic erat ingenio clarus, clariſsimus ille,*
*Hic flos ille nitor patriæ, uterq; decus.*
*Tu quòd es illorum, præter bona, ſplendidus heres*
*Ingenii, humanum vix capit ingenium.*

## IOACHIMUS CAMERARIUS.

*Vivus erat Vivis* CAMERARIVS *ipſus Eous,*
*Mortuus exſtinctis Heſperus ipſus adeſt.*
*Phœbus enim ut trifidum radiis illuminat orbe,*
*Sic orbem is ſcriptis irradiat variis*
*Vtq; micat noctu noctis fuſcæ Heſperus index,*
*Sic is iis illis poſt pia fata micat.*

## THOMAS ERASTUS.

*Nil humile, aut vulgare, aut parvum ſcribit* ERASTVS,
*Omnia magna ſonat, cuncta notanda refert.*

*Inſuper & medicam ſic artem callet, Apollo*
*Vix ipſum ut vincat, vincere ſi cupiat.*
*Phœbus ubi medicus jam planè ſpreverit eſſe,*
*Subſtitui hic illi non ſine laude poteſt*

## PETRUS VICTORIUS.

*Virtutis decus & cultæ facundia linguæ,*
*Me fecit Superis pectore pene parem.*
*Ingenij labor, & calami ſolertia multi,*
*Mox fecit ſuperos & mihi pene pares.*
*Sed ne transgrederer mortalis culmen honoris,*
*In ſummo ſenio ſtamina Parca ſcidit.*

## CAROLUS SIGONIUS.

*Impiger Alcides Lernæam interficit hydram,*
*Propellunt animi triſtia monſtra Sophi.*
*Barbarie patriam ſervat SIGONIVS omnem.*
*Inq́; novo priſcum reſtituit Latium.*
*Cui nunc debentur potius præconia? nonne*
*Qui ſervat patriam, & reſtituit Latium?*

## M. ANTONIUS MVRETUS.

*Neſtoris altiloquum Pylii vis cernere vultum,*
*Conſpice MVRETVM, conſpicies Pylium.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

*Vis Patris eloquii omnimodos pervolvere libros,*
*Volves, MVRETVM volve, patrem eloquii.*
*MVRETVS quoniam facundus & unicus æquat,*
*Neſtoreos omnes, eloquiiq́ patrem.*

## MATTHÆUS WESENBECIUS I. C.

*Infelixne ævum! an felicia tempora dicam?*
*Queîs, quod debetur pluribus, unus habet.*
*Ecce VVESENBECIVM, qui juris jure monarcha,*
*Sub ſuo habet totum fermè Helicona jugo.*
*Magnus & ob Themidos vocitatur Bartolus artem,*
*Qui, licet eſſe nequit, re tamen alter erit.*

## HENRICUS HVSANUS I. C.

*Quē loquar, aut referā Huſanum? genitumne Minerva*
*Arbitrer, aut natum ſtemmate Dædaleo.*
*Non Muſis genitus, non à mortalibus ortus,*
*Sed Muſas peperit Marte ſuo Aonias.*
*Hinc quot verba facit, tot ducit gutture Muſas:*
*Quotq́; ſonos ducit, tot facit ore Deos.*

## IOACHIMUS MYNSINGERUS,

*Carmina Latous pangit, Themis aurea ſola*
*Iura agitat, Pietas monſtrat adire polum*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*At MYNSINGERVS, legûm Clariſsimus unà*
*Pangit, agit, monſtrat, carmina, jura, polum.*
*Rectè igitur præſtat Divis: quoniam tria præſtat,*
*Quæ tres prædicti non valuêre Dii.*

## IOANNES STURMIUS.

*STVRMIVS ingenio, Suada, calamo, arteq́ꝫ præſtans,*
*Comere res tenues, dicere difficiles.*
*Nil corde omniſcio præter magna omnia ſpirat,*
*Nil præter Muſas, & ſacra ſcripta ſonat.*
*Haúd igitur peccas ſi Phœbum hunc eſſe putabis,*
*Hoc Phœbus ſolet, & STVRMIVS ore loqui.*

## IACOBVS CVJACIUS.

*O quem te memorem CVJACI? cujus ab ore*
*Quôt bona verba cadunt, tot prope ſenſa cadunt*
*Diva Themis teu' hic ſedem fixiſſe reverſam,*
*Et dare reſponſum nolle negare rear?*
*Quid dubitem? tanta eſt ubi conjuratio, ut unum*
*Quod probat hic, probet hæc: quod probat hæc, probet (hic.*

## FRANCISCVS HOTOMANNVS.

*Sed nec Diva ſuo ſeſe debere negabit*
*Franciſco, priſcum quem juvat eloquium*

Pruden-

*Prudentum veterum, juvat expugnaſſe rebellem*
*Barbariem, & multis tollere menda locis.*
*Pergite prudentes maturè occurrere morbo,*
*Naſcentem video ſurgere Barbariem.*

## HENRICUS STEPHANVS.

*Qui ſibi theſauros peperit, ditiſsimus audit,*
*At STEPHANVS partis audit egenus opum*
*Audit egenus opum, & contra ditiſsimus audit,*
*Qui pote? res ampla eſt: eſt pote, & ampla ſatis*
*Sic fit: theſauros alii per fœnora quærunt,*
*Hic ſibi theſauros mente animoq́ parit.*

## DAVID CHYTRÆVS.

*In CHYTRÆO aliquid triplicis confinia mundi*
*Impugnare queunt, vix ſuperare queunt,*
*Hic etenim haud ſapiens tantùm, at ſapientia tota*
*Nec ſolùm bonitas, ipſa ſed eſt bonitas.*
*Scit penitus cuncta, unde in eo Natura quievit,*
*Si non naturam fecerit ipſe ſuam.*

## IOANNES BORCHOLTUS.

*BORCHOLTVS legum nervus, Suadæq́ medulla,*
*Ingenio dubium eſt, eloquiove prior.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

BORCHOLTVS *Suadæ nervus, legumq́ medulla,*
*Pollet & eloquio, pollet & ingenio.*
*His igitur junctis, permultis urbibus unus*
*Gnaviter inſervit, principibusq́ viris.*

## MARTINUS CRUSIUS.

*Si tibi non proavi obſtarent, doctiſsime* CRVSI,
*Te Graji aſſererem ſtemmatis eſſe hominem.*
*Si tibi non patria obſtaret, doctiſsime* CRVSI,
*Te Latij aſſererem ſanguinis eſſe hominem*
*Quin tua te Grajum & Latium ſcripta eſſe recenſent,*
*Sed Latium & Grajum patria, aviq́, negant.*

## IOANNES CASELIUS.

*Vt gemma exſuperat ſplendore aurū, aurū Orichalcum*
*Mercurium Pallas, Pallada bella Venus:*
*Sic tu,* CASELI, *innumeros, Doctiſsime, præſtas*
*Dotibus ingenii, dotibus eloquii*
*Non igitur mirum, tua quòd ſint omnia prorſus*
*Aurea quæ ſcribis, gemmea quæ loqueris,*

## IVSTUS LIPSIVS.

*Dum Veterum libris habitas, habitasq́ recentûm,*
*Et res inſolitas, eximias, lepidas,*

Et

*Et viſu, lectu, auditu non cognita verba,*
*Aurea verba doces, aurea ſcripta facis.*
*Diceris eſſe novum.* LIPSI *Clariſsime, numen,*
*Pïëridumq; parens, pïëridumq; decus,*

## ALDUS MANUTIUS A. NEPOS.

*Patris, aviq; tui, te nomen habere,* MANVTI,
*Sum ratus, haud animam patris, aviq; tui.*
*At nunc demonſtras ſcriptis, te triplicem in vno,*
*Patris, avi, propriam, pectore habere animam.*
*Vix me contineo, quin ipse* MANVTIVS *ajam,*
*Tergeminus pater eſt, tergeminusq; avus eſt.*

## IOANNES MAJOR.

*Ver quando Latium, Philomela Latina, parensq;*
VERGILIVS *vatum conditus eſt tumulo.*
*Protinuus illius peragravit Spiritus orbem,*
*Quærendo ſimilem priſtino vbiq; locum.*
*Invenit tandem: quoniam* MAJORIS *in ore*
*Depoſuit ſedem, depoſuitq; locum.*

PETRI

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# PETRI LINDEBERGI ROSTOCHIENSIS.

## PRIMÆ PARTIS ἡδυσμάτων.

## LIBER SECUNDUS CONTINENS VRBES ET ARCES.

### VRBS ROMA.

*Quæ Dea terrarum quondam, ac magno æmula cœlo,*
*Et caput, ex cunctis urbibus, orbis erat.*
*E Domina ſerva, è Regina ſubdita facta eſt.*
*Et quod erat, mundi deſiit, eſſe caput.*
*Sic fuit in fatis, quæ rurſum hanc laude bearunt,*
*Vt ſacra Cardinei patribus, atq; Papá.*

### VENETIÆ.

*Non homines tanta exſtruxiſse palatia credo,*
*Nec potuiſſe homines, vix potuiſſe Deos.*
*Adſpice, ſi dubitas : atq; hoc etiam inſuper audi,*
*Iura dat urbs* VENETVM *ſola ſalo, atq; ſolo.*
*Quid peragras Aſiæ, Africæ, & Europæ arva, viator,*
*Ceſſa : tres mundi hác cernis in vrbe plagas.*

LUTE-

## LUTETIA.

*Matrix Francigenæ eſt generoſa* LVTETIA *gentis*
*Et populoſa viris, & veneranda ſophis.*
*Sedes Gallórum eſt præclara* LVTETIA *Regum,*
*Deliciumq́ hominum, deliciumq́ Deûm.*
*Vtq́ loquar brevibus, parvus magno orbis in orbe,*
*Quem ſi quis cupiat cernere, cernat ibi.*

## NEAPOLIS.

*Vnica* PARTHENOPES *Campanæ eſt gloria terræ,*
*Vnica poſt Romam gloriaq́ Italiæ.*
*Quid dico Romam? Romam quoq́ Robore præſtat,*
*Et penitus totam laudibus Italiam.*
*An nimium hoc? quid ſi decus indelebile, ſolam*
*Et Matrem patriæ totius eſſe loquar?*

## MEDIOLANUM.

*Eſt præclara ſophis, artibus induta,*
*Præſtans Marte, togà culta, ferax viris,*
*Fulgens Heſperiæ ſtella, niter ſibi,*
*Inſubrum caput, urbs hæc ſacra & aurea.*
*Nil reſtat, niſi quod ſit Iovis optumi*
*Nondum facta polo ſidereum jubar.*

VIEN-

# VIENNA.

*Vrbs animis opibusq́; potens populoſa* VIENNA *eſt*
*Et nulli prorſus Marte vel arte minor.*
*Novit Turca ferox, Chriſti ſæviſsimus hoſtis,*
*Norunt Sauromatæ, belligeriq́; Getæ.*
*Iupiter in Cœlum voluit traducere, verùm*
*vult prius ut palmam perfido ab hoſte ferat.*

# ANTVERPIA.

*Si ſuperi vellent imis mutare ſuperna,*
*Vix alia urbs toto dignior orbe foret*
*Magna loco eſt, generoſa ſitu, placidiſsima cœli*
*Temperie, muris ferrea, merce potens.*
*Cunctaq; quæ cupiunt mortales poſsidet ipſa,*
*Aſt illis cunctis, pace, beata, caret.*

# MAGDEBURGA.

*Quidquid es, & quod es, id meruit tua maſcula virtus,*
*Mens conſtans, pietas enthea, cana fides.*
*Multi inferre tibi ſtuprum vòluére, ſed usq;*
*Servaſti ſolitum virgo pudica decus.*
*Ob quod Divorum generoſa propago vocaris,*
*Nonne Dei eſt? pro quo dimicat ipſe* DEVS

ARGEN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## ARGENTINA.

*Viribus atq; Viris* ARGENTINA *incluta præſtat,*
*Arte ſimulq; valet, Marte ſimulq; viget,*
*Arma urbi connata, animus conterminus aſtris,*
*Mœniaq; Herculeâ non capienda manu.*
*Pace tuâ, alma parens, hæc dicam, ô Teutona tellus,*
*Vix vrbs, vix urbs eſt firmior ulla tibi.*

## NORIBERGA.

*Salve bonarum fœta nutrix artium,*
*Salve monarcha vera Franciæ urbium,*
O NORIBERGA *Teutonum ſidus poli,*
O NORIBERGA *gemma mundi ampliſsimi,*
*Cùm laudo te centrum unicum Germaniæ,*
*De cæteris, vix audeo, quid hiſcere.*

## AUGUSTA VINDEL:

*Quam te vindelicum decus decorum,*
O AVGVSTA *loquar? gravem, venuſtam,*
*Munitam, celebrem, potentem, amœnam,*
*Altricem Sophiæ, Midæq; matrem,*
*Armis quæ poteris, togaq; pollens,*
*Toti, ſi cupis, imperare mundo.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

# LUBECA.

*Gens humana, ſitus, commercia, litera, mores,*
*Mars, toga, divitiæ, curia, relligio:*
*Arctoas inter claras virtutibus vrbes*
*Efficiunt, tollat lauta* LVBECA *caput.*
*Et decus Europæ, & lumen ſit totius Anſæ,*
*Et ſit vandalici pulcra corona ſoli*

# FRANCOFORDIA MOENI.

*Dives opum, mundi microcoſmos, martia muris,*
*Germana Aonidum, filia Mercurii.*
*Et clara emporio, & rerum penuaria cella eſt*
*Vrbs à* FRANCORVM *quæ vocitata* VADO
*Cui nil Dii Superi, cui nil natura negavit,*
*Nam, ſi quæ deſunt, nec ſibi mundus habet.*

# BASILEA.

*Delicium Rheni, Muſarum mater & altrix,*
*Teutoniæq́; amplum eſt urbs* BASILEA *decus.*
*Quin & dives agris, cœlo jucunda ſalubri,*
*Culta ſcholis, muris ardua, clara viris.*
*Non opus eſt multis, laus una hæc ſufficit uni,*
*Quòd Phœbo & Marti tota dicata diis.*

## PATAVIUM.

*Oppida communes habeant ſibi cætera laudes,*
*Bella, togam, ſegetes, mœnia, templa, domos.*
*Sunt & cuncta mihi hæc, forſan potioraq; multò*
*Verùm cùm trita hæc, gloria ſola mea eſt,*
*Quod medicis claris urbs ſim clariſsima quodq;*
*Me magis in Latio nulla vetuſta ſolo.*

## FLORENTIA.

*Non pulcra ſed pulcerrima,*
*Non bella ſed belliſsima,*
*Eſt civitas* FLORENTIA,
*Quam qui vedet, Romam alteram,*
*Latiiq; partem maximam,*
*Vidiſſe ſeſe prædicet.*

## BONONIA.

*Vix urbem invenies, quæ ſit mage dedita Baldis,*
*Quæq; aliis doctis ſit mage grata viris.*
*Quàm dux Æmiliæ populoſa* BONONIA *terræ,*
*Muſarum penitus ſola patrona, parens,*
*Queis commota* Themis, *deſcendens culmine cœli*
*Quæſitum in terris regna, reſedit ibi.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## MANTUA ET VERONA.

Non ſitu VERONA modò alma claret,
Nec loco MANTVS celebris perennat,
Sed viris doctis utraq; & venuſto
Incluta cygno.
Quid potentes Marte togaq; cives
Vrbis utriusq; loquar? quid arva?
Hoc ſcias, quòd vix triſidum per orbem
Clarior ulla.

## TIGURUM ET BERNA,

Præſtans TIGVRVM viribus eſt, virisq; præſtans;
Præſtans itidem viribus eſt BERNA virisq;,
Hæc Helveticæ mens, animus ſed illa terræ,
Hæc eſt oculus pervigil, aſt ocellus illa;
Hæc libera, ſed libera & illa, utraq; magna,
Dives, generoſa, & geminæ vltimò ſorores.

## BRUNSUIGA.

Ecaſtor ſoboles BRVNSVIGA invicta Deorum eſt
Mater & Aönidum, mater & artificum.
Ecaſtor BRVNSVIGA potens. Pandora Deorum eſt
Et Generoſa ſitū & delitioſa loco.
Ecaſtor BRVNSVIGA ſacra eſt aptiſsima ſedes,
Quâ pulcrum eſt homines ac habitare Deos

HAM-

# HAMBURGA.

*Albidos auſpiciciis* HAMBVRGI *gloria crevit,*
*Promaq́ vicini reddita conda ſoli.*
*Tanta inibi eſt frugum, & cunctarum copia rerum*
*Quas vigil exportat nauta, iterumq́ refert.*
*Pro re pauca loquar, dotata hæc cælitus urbs eſt,*
*Pace, opibus, portu, robore, merce loco.*

# ROSTOCHIUM.

*Vrbs generoſa roſis* ROSEA *& generoſa Roſeto,*
*Eſt pandora Deûm, Phœbi Roſa, balſamus Anſæ,*
*Vandaliæ lumen, varni paradiſus aprici,*
*Et laus Teutoniæ, & muſis decima addita Divis.*
*Vrbs roſeis operoſa roſis & rore Roſarum eſt.*
*Sic ego: more tuo, mendax, mendacia dicas.*

# LUNÆBURGA.

*Nec tu, noctivagæ quæ gaudes* NOMINE LVNÆ,
*Vrbibus es reliquis perpete laude minor.*
*Calcifer eximius ſub mœnibus accubat ipſis,*
*Et gignens purum fœta ſalina ſalem.*
*Cætera prætereo: Nam ſunt púlcerrima cuncta,*
*Et fœdum totà prorſus in urbe nihil.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# LIPSIA.

*Si faciles animos quæris, linguæq; nitorem,*
*Divitias, merces, ſplendida tecta, forum*
*pulcra tibi pulcro monſtrabit LIPSIA cultu,*
*Cui nil penè deeſt, quod ſibi mundus habet.*
*Nam quod mundus habet, ſecundo fœnore in unum*
*Hunc id congeſsit diva Rotunda locum.*

# BERLINUM.

*BERLINO cultæ ubertim ſua dona dederunt*
*Proſpera ſors primùm, deinde loci Genius.*
*Hic Plutum & fœtam cererem, dulcemq; lyæum:*
*Illa duces fortes, intrepidosq; viros.*
*Salve non ullis urbs poſtponenda vetuſtis,*
*Muneribus ſortis, muneribus Genii*

# HALA SAX:

*Egregiæ propriis floreſcunt laudibus urbes,*
*Et plerunq; aliquid, quo celebrentur, habent.*
*Præſule prudenti, templo ditiſsimo, & aulà*
*Regali, ac validis mœnibus, HALA viget.*
*Quin etiam præter dicta hæc locuplete ſalinà,*
*Cunctisq; optatis eſt decorata bonis.*

# FRANCOFORDIA AD VIADRUM.

*Incluta palladio ornata eſt Francfordia pulcro,*
*Fœtaq; præclaris arte fideq; viris.*
*Incluta mercatu ornata eſt Francfordia crebro,*
*Fœtaq; multigenis piſcibus, atq; bonis,*
*Non reliquas urbis phaleratis prædico verbis*
*Laudes, his celebris ſit mea Muſa cupit.*

# HAFNIA.

*HAFNIA Danorum Regum eſt gratiſsima ſedes,*
*Pegaſidumq; altrix, Pegaſidumq; domus.*
*Balthica non retinet celebrem magis inſula rebus,*
*Cimbria nec famæ nomine clara parem.*
*Sola hæc Daniacis cunctas ex urbibus urbes*
*Exſuperatq; bonis, exſuperatq; ſitu,*

# SLESVIGA.

*Aggere, divitiis, venatu, robore, portu*
*Omnigenisq; olim mercibus ampla fui.*
*Nunc mea deceſsit prorſus fortuna, relinquens*
*SLESVIGÆ veteris nomen inane mihi.*
*Sic variat ſortem, ſic vertit Iuppiter urnam,*
*Vrbs una emoritur, quando alia exoritur.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## ARX CRONEBURGA, DANIÆ REGIS.

*Non ſolùm*, CRONEBVRGA, *equidem, quòd diceris eſſe*
*Corona es arcium omnium*
*Sed magis & majus quiddam, pulcerrima nempe*
*Regni corona Danici*
*Nec ſatis hoc aptum eſt nomen, ſed quando voceris*
*Regni corona & arcium.*
*Non etenim vidit meliorem veſper & ortus,*
*Totusq́; vix mundus parem.*

## ARX SPANDOVIA, Electoris Brandeb:

*Nequaquam generoſa tibi* SPANDOVIA *deſunt,*
*Miles acer, vallum mœnia, foſſa, ſitus.*
*Obſtupui ut primùm vidi munimina dia,*
*Naturamq́; plagæ, commodaq́; ampla ſoli.*
*Et magis obſtupeo, quoties conſidero viſa:*
*Tanta tibi ſunt robora, tanta plagæ.*
*Mehercles non plus poteris munirier unquam,*
*Nec magis ipſa loco conveniente ſtrui.*

## ARX CUSTRINUM, Electoris Brandeb:

*Ipſa licet cunctas adducat Thracia vires,*
*Germanis certam ſæpe minata necem.*
*Ipſa licet cunctas ducat terra Itala vires,*
*Teutonibus magnum ſæpe minata malum.*
*Non tamen humanâ poteris delirier arte,*
*Nec vi, nec vigili fraude, doloq́; capi.*
*Stes maneasq́; tuo incolumis cúm principe longè*
*Incolumes remanent quas tegit ipſe Deus*

## ARX EPISCOPALIS SUAVESTEDIUM.

*Quòd ſuavi ſum ſtructa loco SVABSTEDIA dicor*
*Suavia enim mihi ſunt paſcua, ſuavis ager.*
*Paſcua: quæ peccori largiſsima pabúla fundunt,*
*Agri: qui reddunt fœnore farra gravi.*
*Accubat á dextrà tellus jucunda paluſtris,*
*A læva variis florida ſylva feris*
*Non mirum Sleſviga tui quód Præſulis arx ſit,*
*Hi plerunq́; ſolent ſuavi habitare loco.*

## BREDEBERGA ARX. HEN. RANZ.

*Muſæ, Pluto, Ceres. Mavors, Neptunus, Apollo,*
*Si vellent ſedem quærere in orbe novam.*

*Hoſpitium arx* BRE*deberga illis commune locaret,*
AEdifi: *Atq́, cuiq; ſuum pro ratione locum.*
Arno Ch: 530. *Nec ſaltem hoſpitium, atq; locum, ſed & inſuper illud*
*Quòd cujusq́; Dei poſtulat officium.*
*Vera loquar, verum mihi, Lector, crede loquenti,*
*Non tota huic ſimilem Cimbrias ora tenet.*

## DRACOBURGUM AULA Ejusdem.

*Non hunc, quòd præſtet* DR*Acoburgum quaslibet aulas,*
*Codice præſenti poſſidet inde locum.*
*Sed quòd, præ reliquis, primùm Ranzovius illam*
Ex here: *Nactus poſt ſoceri ſata ſuprema pii.*
accepta. *Et Comites contra Hojenſes defenderit, eſſe*
1558 *Omnino feudum qui voluere ſuum.*
*Reſtat ſumme Deus, multis quód & obſecro votis,*
*Ipſum fortunes ut dominum, atq; domum.*

## RINTLEMIUM AULA H. R.

RINTLE*minum oppiduli* R*intlem*I *à nomine dicor,*
Ex hera: *Quod ſtringis gelidà, belle viſurgis, aquà.*
accepte *Ante fui ſedes Hallæo ſtemmate nati,*
1558 *Nunc me Ranzovius, vir Generoſus, habet.*

*Fama*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Famá cujus ego per Schouvenburgica rura,*
*Et volo cunctorum, clara, per ora Virum.*
*Vtq; etiam domibus poſſim clara eſſe ſuperbis*
*Ejuſdem domini cura erit illa mei.*

## WELLINGSBUTTEL AULA H. R.

*Hamburgæ diſtat non longè à finibus urbis*
*VVELLINGSbuttellum, vocis origo latet.* Empta 1565
*Hoc mihi Bremenſis conſenſu præſulis emptum eſt,*
*Qui de Saxonico ſtemmate natus erat.*
*Ordine canonico in totum firmante, probante,*
*Qui voluit pactum Præſulis eſſe ratum.*
*Det Deus ut longè poſſim feliciter uti,*
*Et mea poſt obitum pignora chara meum.*

## HATTSTEDIUM AULA H. R.

*Gens pagana habitat, coe noſtis tuta lacunis,*
*Holsatos juxta Daniacasq; plagas.*
*A priſcis retinens nomen memorabile Marſis,* Empta 1565
*Quos nunc Dithmarſos patria terra vocat.*
*Hic mihi Ranzovio HATTSTEdium præpingue coëmi,*
*Cum ſilvis, Pratis, fluminibusq; ſuis.*

Quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Quod tandem cinxi vallo, pulcreq́ polivi,*
*Tempore ut hoc poſſit nobilis eſſe domus.*

## TUSCHENBECK AULA H, R.

*Vt natis aliquot, cariſq́ nepotibus eſſent,*
*Poſt mea, quas Poſſent, fata, habitare domus.*
*Hanc* TVSCHENBECVM *conſenſu Principis emi,*
*Quem cultæ inferior Saxoniæ ora colit.*
*Sumtibus & parcens nullis, hâc arce refeci*
*Cuncta decore gravi, cuncta nitore pari.*
*O utinam longè per ſecula longa feratur*
*Ranzovii prolis Ranzoviana domus*

## RANZOVISHOLMIA ARX H. R.

*Pulcram hanc Rex Danaûm Fridericus vendidit arcem*
Empta *Ranzovio, procerum nil renuente choro.*
1567 *Ac id ſponte ſua, eſſet ut indubitata favoris,*
*Quo dignatur eum proſequiturq́, nota.*
*Si pretium domino hæc arx quo* RANZholmia *conſtat,*
*Noſcere præterea, candide Lector, aves.*
*Quinquagies, ter, bis numerato mille daleros,*
*Sic pretii fiet cognita ſumma tibi.*

# WANDESBURGUM CASTELLUM H.R.

*Incultis tantùm VVANSBVRGA dicata colonis,*
*Ruſticus & priſco tempore pagus erat.*
*At nunc in bellam Ranzoi ſumptibus arcem* Emptum
*Ex humili crevit laude decente Plagá.* 156
*Sic equidem ut tandem domini domus eſſe politi,*
*Et dici meritò nobilis aula queat*
*Summe Deus cui terra, polus cui militat altus,*
*Fortuna caſtrum, Ranzoviamq; tribum.*

# BUCKEN AULA. H. R.

*Quòd ſum, quód reditu moletrinæ dives, ovilis*
*Pulcri fœturá & cultibus uber agri,* Empta
*Id, Prorex Ranzöe, tuum eſt, nec grata nepotûm* 1575.
*Heredum dicent ſæcula cana ſuum.*
*Tu vives generoſe heros, ac aurea tecum*
*Quæ æternant nomen, plurima facta, tuum.*
*Perge modò, ut ſolitus, poſthac etiam arcibus ampliùs,*
*Et domibus Patriam condecorare novis.*

# MELBECA AVLA. H. R.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Accepta MELbeck Dithmariæ prope fines ferreã ſermè
a patre Arx eſt, ſi ſpectes moenia, ſaxa, ſalum.
1576 Hanc à patre tenet Ranzovius inclytus heros,
Illam nec lapſu ſuccubuiſſe ſinit.
Singula quin cautus tàm ritè reſtaurat, ut arcem
Eſſe novam dicas quæ vetus ante fuit.
Dignum laude virum quapropter dicimus illum,
Qui quod habet ſervat, diligit, amplificat.

## REDINGSTORP ARX H. R.

Arcem, quam cernis, muroſq; & ſplendida tecta,
Tam bellè amoto ſunt renovata ſitu.
Vix ut ſtructuræ reſtent veſtigia priſcæ,
Empta Olim quam vobis ædificaſtis avi
1577 Cuncta ſuo Henricus Ranzovius ære polivit,
Ornatumq; alium fecit habere novum.
Quo facto æternus paſt fata noviſsima vivet
Non ſine laude ſolo, non ſine laude polo.

## OVENDORP AULA H. R.

Vendidit Alſeldus me ſponte Georgius, emit
Henricus claræ nobilitatis eques

Scilicet Henricus Prorex cognomine Ranzou, Empta
Cui ſunt diverſis prædia multa locis, 1577
Ob quæ, ceu quoq; virtutem nomenq; celebre,
Felicem dico, & prædico jure, virum.
Emeritæ ô virtute ſenex, meritisq; verende
Vive, vale. utq; facis prædia adauge, fove.

## NUTSHOU AULA H. R.

Danica cum regeret Fridericus regna ſecundus,
Id patriæ magnum numen & orbis honos
Henrici eximiis Ranzojo ſtemmate creti Empta
Sumptibus, arx præſens ædifficata fuit. 1581
Vt vigeat longè, & múltos illæſa, per annos
Cum Domino duret, permaneatq;, ſuo
Fac æterne Deus, Mavors, Vulcanus, & omnis
Illius à cultis exulet hoſtis agris.

## OPIDULUM GRONOW H. R.

Olim pagus eram, nunc me Ranzovius heros
Immortale tuum, Cimbrias ora, decus
Oppidulum fecit, non parvis ſumptibus, eſſem, Emptum
Perfugiumq; inopum, præſidiumq; ſenum. 1585

Quo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Quo tanquam tuto poſſent ſe condere portu,*
*Et colere æternum cum pietate Deum.*
*Macte age, vir ſumme, hoc laudabunt nobile factum*
*Et ſuper aſtra inopes, ſupter & aſtra ſenes*

## NUCHEL AULA
## H. R.

*Magnum eſt è magno & generoſo ſtemmate naſci,*
*Majus at eſt patris facta referre decus.*
*Maximum ita ingenium, geniumq; anteire patritum,*
*Vt poſſis gentis lumen adeſſe tuæ.*
*Quòd cùm re verà ſis præſtantiſsime Ranzo,*
*Iure alios præſtas arcibus aq; bonis.*
*Quem faciunt facta, ingenium, bona, ſtemmaq; clarum,*
*Ditior eſt Cræſo, clarior Archilocho.*

## STELNOW AULA.
## H. R.

*Balthaſar Alfeldius juſtè acquiſiverat olim*
*Memet, at ipſa ego nunc ſervio Ranzovio,*
*Eximio heroi, fama ſuper æthera noto,*
*Is me conſervat, poſſidet, ædificat.*
*Sit licet in terris mutatio plena periclis,*
*Attamen hæc mihi non viſa, moleſta fuit.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

*Det Deus ut Pylios meus heros impleat annos,*
*Sic ſalvo hoc, ſalvam me quoq; conſpicies.*

## ERFRADT AULA. H. R.

*Vendidit* ERFFRADUM *fratris mihi filius aulam,*
*Quæ quamvis, vix ſit, poſsit ut eſſe, meum eſt.* Empta 1590
*Et meritò: quoniam ſilvæ, vicinaq; ſtangno*
*Eſt valde pulcro delicioſa loco.*
*Non placet in totum qui pallidus incubat auro,* „
*Congerit & varias undiq; parcus, opes* „
*Qui patriam validis & bellis arcibus ornat,*
*Dignus amore patrum eſt, dignus amore Ducum.*

## RANZOUII AULA H. R.

*Quòd commune ſuo teneat cum ſtemmate nomen,*
*Et dudum fuerit Ranzoviana domus.* Empta 1590
*Hoc etiam caſtrum haud temnendis ſumptibus emit*
*Henricus, Cimbris qui vice Regis adeſt*
*Tradidit & Cajo gnato, qui funere raptus*
*Præpropero, id potuit non retinere diu.*
*Dij faxint, ut quod gnato mors dura negavit*
*Incolat illud eò longius ipſe pater.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# PETRI LINDEBERGI ROSTOCHIENSIS.

## *PRIMÆ PARTIS* LIBER TERTIUS

CONTINENS HODOEPORICON, Id eſt

ITER VENETUM, ROMAnum, Helveticum & Rhenanum.

*DIvitiis inhient alii, laudentq́; paternum*
*Degeneres fumum, veſtigentuè horrida bella:*
*Me juvat externæ linguas cognoſcere gentis,*
*Ac varios ſpectare locos, exotica regna,*
*Et multorum hominum volup' eſt addiſcere mores.*
*Adria cum primis cordi, florentibus annis,*
*Et Phaëthonteæ perpeſſus damna ruinæ*
*Eridanus, Tibrisq́;, ac frater Tibridis, Arnus*
*Etruſcūm, victæq́; invicta cadavera Romæ.*
*Quaré ſumme parens, cui totus militat æther,*
*Terrarumq́; globus, ſacri me numinis aurà*
*Dirige Chriſte tuà, flexusq́; oſtende viarum,*
*Et non averſam in Præſentia carmina venam.*
*Te duce, quod tentatur opus, procedit abunde,*
*Te duce, quod tentatur iter, diſcrimine tutum eſt,*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Te duce, noſtra etiam ſalvum premet anchora portum,
Optatumq́; ſalum: vigiles diſcedite curæ,
Omnis in aſtrigero mea ſtat fiducia cœlo,
Quæq́; iubet pietas haud ulla incommoda vito
 Tempus erat, reduci viduus quo gramine campus
Sylvæq́; arentes, & largo vinea fœtu,
Rurſum & cæptabant nudæ veſtirier herbæ.
Cum me commendando Deo, flentemq́; parentem,
Linquebam Roſeas, terræ natalis, Athenas,
Et varios mœrens, ad varnæ marmora, cycnos. Roſtochiũ
Vectabarq́; citis comitum ſtipante catervà,
GVSTROvium bigis, quòd tum, contagio peſtis, Guſtroviũ
Vſſerat effracto Libitinæ inſania Rhombo.
 Hinc aliis miſsis, CONradi nomen habente
BRANdano ſocio, qui mecum ſemper Achates
Ambulat, ac paribus figit veſtigia curis:
PRISvalcum primò, mox parvam conſpicor urbem, Priſualcum
Cui mons vicinus, conjunctum præbuit olim Hauelberga
Nomen, & irriguæ ſulcator Havelus, arenæ: Havelus fl.
Hûc ſimulac ventum eſt, en Albis limite rupto
Turgidus, obducto latè replet omnia ponto,
Diſsolvitq́; lares plures, & compita vaſtat:
Invia fit via, cum ſundis prata obvia tranant,
Cum ſulcisq́; pecus, tres quare ex ordine noctes,
Tresq́; dies, patrui dúm ſalvas viſimus ædes,
Fallimus, & longis curtas ſermonibus horas.
 Tandem fluctifragum, cum ſeſe mergeret umbris

Heliadum genitor, ſero lembo, æquor aramus,
Et mox per piceæ, ducti errore, avia ſylvæ,
Sollicitis ſtultè dubiam rimamur ocellis
Multa nocte viam, quam, dum prius incido in undas,
Repperimus rurſum, fauſto monſtrante camico.
Quiſquis es, ignotæ quem torret ſpiritus auræ,
Arripe mane viam, & maturo veſpere ſomnum,
Lucis opus labor eſt, nox cæcæ commoda fraudi.
Egreſſi naſſâ, ſylvæq́ꝫ hujus Labyrintho,
Quam duce fundatam Brenno, incoluiſſe feruntur
Teutones, ac primi Suevorum Semnones, urbem
Adſpicimus BRandenburgum, nunc incluta cunis
Facta Sabineis, totiuſq́ꝫ unica terræ eſt
Curia Marchiacæ, & ſedes auguſta Scabinûm.

Brandenburgum.

Dein agreſte iterum ſub prona crepuſcula noctis
Intramus gurguſtiolum fœdamq́ꝫ ſuburram
Caupo ubi dans vilem ſine ſaguine lucrio, cœnam,
Poſt minimè ingratus defeſſis grandia promtat
Munera (DI tales juvenum collidite peſtes)
Vi Bacchi gravidam mœchâ cum conjuge, natam.
O ſcœlus ô nequam ô magnum, et memorabile donum
Quo veluti lauto irretiti prandio, & hamo
Oblimando patrum inſomnes ſine cardine, ſomnos,
Sudoreſq́ꝫ graves, crebri periere juvenci,
Qui demum fatuo, flerunt ſua damna pudore.
" Diſce juventa, ferum vitare Cupidinis ignem,
" Ignis, dulce malum, malus eſt, blandumq́ꝫ venenum

Ipſe

Ipſe Cupido cibus mortis, ſcelerumq; Charybdis,
Et dolor & pudor & certi res plena pericli.
    Mane novo, Europæ totius nobile lumen
VVITTENBERGA procul, cultiſsima mœnia, monſtrat
Doctorumq; domos hominum, quos cernere coram VVittenberga
Ac gratum affari eſt MAJORq; vir inclutus arte
Et, linguæ ſuperat liquida VVESEBECIVS, hybla.
Prætereo reliquos gyrataſq; Albidos unda Albis fl.
Præcipites foſsas, arces, collegia & ipſa
Divûm habitacla duûm divumq; ſepulcra duorum
Quos nec tempus edax rerum cariesq; ſenilis
Nec livor poterit nec tollere tarda vetuſtas.
    Leucoream emenſi Philyræ nos terra receptat,
Heic ubi ſe pandit ſublimibus aurea templis Lipſia
LIPSIa dives opum & veteri vetus orbis in orbe
Et novus orbis in orbe novo Pandoraq; ſacra
Cui jove nata dedit Cyrrhæum Helicona venuſtas
Alma Venus nymphas, Mars bellica belliſer arma
Diuitias Iuno arva Ceres Neptunus Eliſtrum Eliſter fl.
Rex cœli placidos populos linguæq; nitorem
Orbis & omnimodas, proles Cyllenia, merces.
Quod cupis invenies heic, heic quod quæris habebis
Seu mavis cathedras adductosve undiq; libros
Aut myrrhæ lachrymas, vel priſci ſylphia Batti,
Aut quod habet Ganges vel dives Iberia mittit
Seu fora ſeu celſo ſubducta palatia cœlo
Nil huic DI ſuperi nil diva Rotunda negavit.

Hác bené perſpectà, ( cum contemplarier urbes
Diſparilesq; hominum mores perpendere melli eſt)
Arreptamus iter Móldaq;, Salaq;, relicto
Molda fl. Delicias Muſarum, Muſarumq; theatrum
Sala fl. Vitiferam quarto JENAM nanciſcimur ortu.
Iena. Oppletosq; libris pluteos, queîs lauta redundans
Bibliotheca cluet, ſacrataq; pulpita Phœbo,
Et vini inſpicimus, quà major nulla, tabernam.
Tum celeri curſu, Cereris granarium opimæ
Pinguem Turingæ glebam, quasq; ambit Hiera
Hiera fl. Ingredimur ſpacioſa, tuas, ERPHORdia, portas.
Erphordia Scrutamurq; alti fundamina ferrea muri,
Et cinctas vallo foſſas, populoſaq; tecta,
Vno, cum Venetis, quæ tempore condita, vicis:
Tuta ſatis, neve urbs ſola, at provincia tota,
Si non indomiti torreret ſordida Martis
Aſſecla, diſcordes graviter Diſcordia, cives,
Et demum eriperes Muſæos, pulvere fontes.
Noſce cavere malo, rerumq; expendere finem,
„ Sæpius ex minimo Volcanus maximus igni
„ Pullulat, & vulnus nunquam medicabile, gliſcit:
„ Arma amens Amat & gaudet fera bellua bello
„ Bellum mors vitæ eſt, Bellum pincerna malorum,
„ Pernicies hominum, vitii fons, hydra quietis,
„ Et ſcelerum torrens, & viva puerpera mortis
Et iam Tyrigetis retrò, ſerotina inire
Mœnia, ARENſtadium, pepulere crepuſcla diei

Ilmena

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

ILMENA præterita eſt porro, deîn ſylva SEMANA Ilmena. Semana ſyl.
Fœta latrociniis multo peragrata periclo:
Anguſtant etenim ſcenas, cava luſtra ferarum,
Gorgoneiq; angues paſsim, tacitiq; latrones
Avia Cimmerii incenſtant diſpendia luci,
Sæpe ſub arboreà reperitur fronde cadaver,
Verneq; mactati plenum, ſine ſanguine, corpus,
Sæpe viatores, viduatis ære crumenis
Per loca ſenta ſitu, ſpinoſisq; obſita dumis
Conſuluêre fugam, ſupero nos flamine tuti
Labimur immunes, qua ſeſe FRANCIA bellax,
Trojugenì referens abavos, ex Hectore, natos,
COBVRgumq; ferax, binas longè explicat arces,
Et leni gravitate ſenex, annisq; verendus Coburgum
Emeritis, MORlinus habet, qui veſpere primo,
Nos vocat ad dubiæ, ignotos, convivia menſæ.
Poſt, ubi vitalem, Latiæ nova gloria linguæ,
Prodiit in lucem CAMErarius, & data terræ
HENRICI conjux Claudi, Regneſſus & errat, Regneſ. fl
Turrigera intratur rectá PABEperga, deinde Bamberga
HELtus ubi magno, novus eſt datus incola, mundo,
VORCHEmum clarum, & Nortgois PINIfer oris. Vorchemũ Pinifer
His ita luſtratis, virtutum ſedula cuſtos,
TEutoniæ centrum, ſancti tutela pudoris,
Materq; artificum, verè Roma altera viſa
NORIMberga fuit, quá non præſtantior ulla, Noriberga
Pace fovere viros, & juncto cernere Marti,

*Hoſteſq́; intrepido potuit propellere ferro:*
*Obſtupui tremulo obtutu, ceu ruſticus agrum*
*Qui fodiens reperit monſtroſi ponderis aurum,*
*Vt trepidus congeſta armamentaria vidi,*
*Innatamq́; fidem, notæ pietatis amorem,*
*Indomitos muros, inſtarq́; palatia regum,*
*Ædes ablectas, & parti appenſa tropæi,*
*Auguſtis monumenta tholis, infixaq́; cedro:*
*Vt claros virtute viros, virtute Senatum,*
*Pubenteſq́; ſenum, canos juvenumq; labores,*
*Et quas innumeras hæc continet unica merces.*
*Heic viget integritas, heic ſedem Aſtræa locavit,*
*Muſſat Eris, Bellona latet, Mars exulat omnis,*
*Pax calet, ac vitium ſtrictis inhibetur habenis.*
*Tum civis ſummam, Ars vires. Prudentia metam*
*Exſuperat, ſubitoq́; heic vincere vota facultas.*
Suabacchũ *Poſt, quùm ter ſudum Phœbus troduxerat orbem,*
Alemanus fl. *Suabacchum emanat, flumenq́; Alemanus, & arcis*
Weiſſenburgum. *VRBS NIVEÆ retinens nomen, DONverdaq́; firma,*
*Quam rapidus rapido circumdat Bernicus Iſtro.*
Donauerda. *Hinc ditem AVGVSTAM itamus, quo Cæſare divo*
*Præſente, innumeri, terrarum lumina, reges,*
Bernicus fl *De ſummis habuére recens comitia, rebus,*
Iſter fl *Heic, ut perventum eſt, placidè nos excipit ambos,*
Auguſta Vindelicorum. *Vir bonus & longo MYLIVS digniſſimus ævo:*
*Oſtenditq́; domos, minitantes vertice cœlo,*
*Et latè depicta novis aſarota figuris,*

Multi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Multipliceſq́; Midas, patreſq́; ætate verendos,
Et murûm gyros, &, qui Siphonibus altis,
Turris ad excelſæ, ducti faſtigia fontes.
Quis memoret Croeſi, quis divitiis Narciſsi
Pollentes cives? domuum luxum? ænea tecta?
Ridenteſq́; auro, quas ſtruxit Fuggarus ædes?
Et, quæ nec ſtibium, nec conſuluère ceruſſam,
Effigias Veneris, concinno lumine pupas?
Salva ſatis, ſi non temeraret perfida cives ,,
Factio, & abductam pedor Schiſmaticus urbem ,,
At tu diſce timere Deum, & non lædere ſanctos, ,,
(Impia bella piis non eſt inducere tutum) ,,
Quoq; potes, conare, modo, requieſcere pace, ,,
Pax mortis, vita eſt, pax eſt cynoſura ſalutis, ,,
Torrens lætitiæ flos rerum, cura quietis, ,,
Et fons virtutum, & dulcis nutricula vitæ. ,,
Vindelico rurſum Vindaq́; Lycoq́; remotis,
SVEVica Bojorum qui campis ſeparat arva. Vinda ſeu
Iſara, LANDSbergi murorum culmina profert, Vindo fl.
Rhetiaq́; aërias, æterna ninguæ peruſtas, Lycus fl.
Et nive cycnæas, paullatim porrigit Alpes, Lansber-
Quas ego, longinquo dubius dum lumine, cerno, gum opp.
Exilium indicens pedibus, pavor occupat artus? Iſara fl.
Vicinam ergò intrare caſam prope floridæ SCHongæ Alpes Reth
Irrigueq; Ambræ tempe, & defeſſa ſopore Schonga
Membra levare paro, en ſubitò raſi ordine longo, opp.
Certatimq́; petunt Abbate abeunte tabernam Ambra fl.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Hanc noſtram fratres, vineq; abdomina complent,
Milliaſiccantes inverſo pocula fundo,
Nec bibulis ſatis hœc monachis : dum noſtra negamus,
Amentata vomunt raucá convicia voce
Vnanimes, lotiſq́; movent nova prælia linguis,
» » Quicunq́; externas gliſcis pervolvere terras,
» » Prudentis, memor es Chilonis : noſce teipſum,
» » Et nullum temne & placidus vince omne ferendo,
» » Excipiens animo contraria fata ſereno.
» » Vera etenim, vera eſt hominum, patientia, praxis,
» » Aſſecla virtutum, ſpes vitæ, pacis alumna,
» » Et comes Aſtrææ, & Fortunæ ſedula victrix.
» » Felix qui didicit bilem frenare lupatis,
» » Cordiſq́; ad tempus preſſum celare dolorem.
Parthanũ. Suffarti vitiis PARthanum currimus, & quá
Hala. Adjacet Alpino, ſalis HALA puerpera, monti,
Oenipons Iulæuſq́;. lacu tenui ſatus, æſtuat Oenus,
Vrbs. Demulcens gelidà fortes ſub valle Tirollos.
Oenus fl. Suntq́; Ducum Auſtriadum, & Fernandi principis, arces
Impluviiſq; domus factæ, exornataq́; latis
Atria porticibus, grandeſq́; ex ære coloſſi,
Rupicapraſq́; olim, ter maximus Æmilianus
Sectatus temeré, quum non revocare liceret
Colle gradum, penitus finiſſet vivere vitam.
Pyrenæus. Tum perreptando latera ardua PYrenæi
mons. BRIXIna prælegitur, gravis & BOzenia vino,
Brixina. Ruricolæq́; homines, qui perquám, tubere pleno,
Bozenia.

Potu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

*Potu turpis aquæ, quod in his deterrima terris,*
*Sub tumido tumidas ſuſtentant gutture ſtrumas.*
*Has ut contuitus, ranarum balnea linquens*
*Laudo merum, adq; Atheſin miſcent ubi verba loquelis* Atheſis fl.
*Itala Teutonicis, magná patrumq; coronà.*
*Concilium eſt actum, ſe primaq; janua terræ*
*Iactitat Oenotriæ properé feſtino* TRIDEN*tum.* Tridentū.
FEL*tria poſt petitur, nivium damnata rigore* Feltria.
*Cæſareo verſu, parviq; ad flumina Sili* Silus fl.
TAR*viſium, et populis haud olim ignobile* MEST*rum.* Tarviſium.
Meſtrum.
*Hinc longis ducti per proxima cærula cymbis,*
*Adnamus V* Enet*æ, mediis in fluctibus, urbi,* Venetiæ.
*Quam cúm ſuſpexi, non urbem hanc eſſe ſed orbem,*
*Non terram, dixi, ſed cœli ſtemmate prolem.*
*O quam te referam, Latii florentis ocellum*
*Vrbs regina ſali, quæ fortunantibus aſtris*
*Mundi vincis opes, famamq; adjungis Olympo,*
*Famamq; Oceano, connatis omnia ſcutis*
*Compeſcens, ſplendesq; operoſis undiq; tectis,*
*Tot ſpoliis gravida, ac propria virtute ſuperba,*
*Tot tantisq; viris, qui poſt patriæq; ſibiq;*
*Conſulere, & dubiis norunt ſuccurrere rebus.*
*Quis laudes* MV*ſure tuas, famamq;* ERI*thræi?*
*Cumq; tuis* AL*di Prælis, cunabula* BEMBI,
*De Pontoq; Ducem,* HER*moleiq; encomia neſcit?*
*Neſcit & Egnatium, longævaq; nomina Gritti,*
*Et reliquûm cultis paſcentúm ſydera libris?*

*Lux aderat, quum ſperatis advertimus oris,*
*Qua gentilitio latè comitante Senatu*
*Auratâ Bucentauro, dux, Nerea ſulcat,*
*Neptunumq́; maris patrem, Nymphasq́; ſalutans,*
*Alloquitur miſſo ſibi ſubdita marmora, dono:*
*Quis pompam et populi ſtrepitum? quis claſſium acervū*
*Excoctumve aurum? precioſaq́; pondera gazæ,*
*Quam retinet divi templum venerabile Marci,*
*Commemorare queat? quis toto ex orbe profectos,*
*Hoc ſub ſole, homines? Indos, Sclavosq́;, Cyprosq́;,*
*Bruchiphagos Verpos, Turcas, Cretaſve, Syroſve,*
*Teutones, Hiſpanos, Arabes, flavoſve Britannos,*
*Et crebra omnigenæ crebra ô commercia terræ?*
Muranum *Quis vel MVRanum? quò conflagrante camino,*
*Nudi de cinerum, conſlant vitreamina, maſſis,*
*Ac Geticis congeſta referre palatia ſcutis?*
*Et numerum armorum innumerum, æternosq́; labores,*
*Quos ſtola, miſta facit iuvenum, ſine fine, coronæ,*
*Vel quæcunq́; ibi, Sultmanno ductore, notavi.*
*Sed domitrix ſalve pelagi ſalve aurea clavis*
*Oenotriæ, longumq́; vale, lux aurea mundi.*
*Nunc iteranda via eſt, campos ſalis ære ruendo,*
*Adriaco quà ſe ponto Phaëthontius inſert*
…oacus *Medoacus, rorans PAtavini Antenoris urbem.*
fl. *Magnus & VRbinas quondam ZABArellaq́; divus,*
Patauium *Et pater hiſtoriæ vitales LIvius auras,*
*Stellaq́; cum flasco cantanti Iaſona, capit.*

*Volu*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Voluſius ipſus vates, & præcoqua mæſtum*
*LONgolio tribûit properanter, Morta feretrum,*
*Cum multis, quorum celebratur adorea ſcriptis,*
*Heíc ubi remigio, ànautis, pervenimus acti,*
*Hippocrates varios, celebresq; audire Magiſtros,*
*Mens cupit, at feſſæ peragebant otia Muſæ.*
*Interea tamen antiquis reverenter amicis*
*Suſcepti, omnimodis medicorum floribus hortum*
*HOLLando duce, qui nobis recte obviat illic,*
*Viſimus & multo pomaria florida fructu,*
*Inprimis ſontes APONI, qui gignere matres*
*Efficit actutúm, ſteriles, redditq; vigorem* Aponu [illegible]
*Exanimi cerebro, & ſumptas malè, digerit, eſcas,*
*Inde tuam cœli patriam burdone ſubimus*
*RHOdigium, Eridani tangentes rauca fluenta* Rhodig ũ
*Pronus ubi Phaëthon tentans cœleſtia frena* Eridan [illegible]
*Mortali tractare manu dejectus ab axe*
*Aſtrorum eſt pulcriq; jacent Callopſidos horti*
*Et quæ diffuſo fruitur FERRAria cœlo* Ferraria.
*Suntq; ducum Eſtenſûm genus alto ſanguine Divum.*
*Atria terq; trium ſacro ex Helicone Sororum*
*Et doctorum hominum, quos vivida gloria phœbi*
*ALphonſus ſine fine fovet ſine moleq; nutrit.*
*Ac conſors patriæ Ianus prengerus, amore*
*Aönidum motus peregrinas cernere terras*
*Præproperè nimium vitäi clauſtra reſolvit.*
*Cujus ut innocuam non ſicco lumine tumbam,*

N

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

*Nummivorosq́; ortá caupones luce retruſi,*
*Æmiliæ princeps terræ, legûmq́; patrona,*
*Inſano elicitur, generoſa BOnonia, muro.*
Bologna. *Vrbs crebris pollens Baldis, ac dedita Muſis,*
*Clara viris, quorum numero SIGonius unus,*
*Vnus præ reliquis, fulgebat Appollinis inſtar,*
*Ille decus Latii, dum ſublimem æthera cultis,*
*Et mundi implebat patuli confinia, ſcriptis.*
*Grande viæ precium eſt, dextram ſociaſſe Sigoni*
*Docte tuà, vultumq́; tuum ſpectaſſe ſeverum,*
*Qui nunc, ante diem, fato præreptus acerbo es*
*Atria ſunt aliis, & Felſina quas tenet ædes,*
*Gentiliq́; ſatos gentiles, ſemine curæ:*
*Me claros magnosq́; viros verſarier ante,*
*Ipſumq́; Azonis tumulum, Oſtfrediq́; Sepulcrum,*
*Non vidiſſe ſemel juvat; at juvat usq́; tueri.*
*Deinde BLanoreo retinens cognomen ab Ocno,*
Pinora, *Æneæ Comitis caſtellum fulget, & ardens*
Mont. ardent, *Mons, fumum luce emittens, incendia nocte,*
Apenninus *Ac juga ſumma APENnini, quæ perpete amicta*
mons. *Grandine caneſcunt, feriuntq́; cacumine nubes:*
*His demum aſcenſis, vigili, duroq́; labore,*
*Auſugiunt noctu cucumæ, fugiuntq́; tabernæ,*
*Et nos, quos ſiccos nimiùm ſitis arida torret,*
*Sub jove, montana requiem metamur arena,*
*Manè novo, plumbi quæ venis ſtrenuè abundant,*
*Eſſoſſamq́; brevi reddunt maſſam intervallo,*

FESVleas dictas ſpeculamur atlantide rupes, Feſulæ.
Et mundi gaudentis opus, quod bella, ſupremum
Etruſcis caput in terris, FLORENTIA bella eſt, Florentia.
Saxoſusq; ſuis Arnus complectitur ulnis. Arnus fl.
Illic Theſpiadum genitor, Phœbiq; corona,
Et jubar Heſperiæ, ac doctos doctiſsimus inter,
Caſelium perſæpè exoptans cernere Natum,
Nos blande excepit PETRVS VICTORius, & mox
Mox mittens vinum, ad convivia lauta vocavit.
Monſtrariq; jubet, lectis comta atria cruſtis
FRANciſci ducis, & cælata toreumata templi
Chriſtiparæ nitidi, mirandaq; arte politi:
Poſt ea, diverſis ignota animalia formis,
Alipedes tigres, iracundosq; leones,
Pantheras, aquilas, damas, ſtruthioq; camelos,
Neptuni varias pecudes, variasq; volucres,
Antiquosq; libros MEdicum, quos larga recondit
Bibliotheca ducum, STROzarumq; aurea tecta,
Et clarum monumenta virum, IOVIIq; ſepulcrum,
Factaq; diſparibus quondam ſimulacra figuris.
Hinc lictis Arni populis, rapiente veredo
Venimus, undoſas glomerat quà Blandus arenas, Blandus fl.
SEnæq; excelſæ, Sophiæ domus optima, ſurgit. SENAE
Vrbs nulli inferior, templi ſeu marmora ſpectes,
Ducta pavimento, ac emblemate vermiculato,
Seu magnos virtute viros, linguæve nitorem,
Et calidos fontes, queîs ſolers Tuſcia thermis



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Certat Bajanis Aſcrææ aut ſacra Palæſtræ*
*Pulpita cum placitis blandita lumine, nymphis*
*Quas vel ſemineces vel ſcitâ Gnoſide Bacchus*
*Poſt habita, nolens vel Juppiter ipſus amaret.*
*Vlterieus pergens in dorſo montis* OSENNÆ
Oſenna mons *Dum paullum gratâ defeſſus ſterno ſub vmbrâ*
*Amitto ſocium ſolusq́; expergitus ito*
*Per denſas latebras inſons queïs ſæpe viator*
*Occidi ſolet & nocuo viduarier auro:*
*Quin etiam mihi vix ducens vitalia vitæ*
*Plenus vulneribus calidis, quidam obviat iſtic*
*Obſtupui ut vidi, ſed ſacro numine tutum*
Aqua pendens. *Oppidulo* PEN*dentis aquæ nanſciſcor Achatem*
Volſinium VOLS*iniumq́; ambo petimus quod gloria Tuſcæ*
*Deliciumq́; fuit terræ cúm priſtina quondam*
*Arridebat adhuc ſtabili fortuna tenore,*
*Et nunc diluviis belli vix vmbra remanſit.*
*Mortales ſperare vices & cedite fatis*
*Fortuna ambigua eſt ſpes fallax, fumus inanis*
*Vexatrix hominum, ignis edax, paucíq́; cerebri*
*Ac rerum domina ac vindex certiſsima luxus.*
*Vt Lydis habitata viris, habitata colonis*
Vetulonia *Non longè hinc ſimili Vetulonia rudere monſtrat.*
*Ad Junonicolas excurrimus inde faliſcos*
Faliſcũ op. *Et mare Tyrrhenum ob quod crebra fraude propinquos*
*Nats carnifices, ad noſtra piacula, Turcæ,*
*Abripiunt homines ſecumq́; per æquora ducunt.*

*Illinc*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Illinc præcipiti ſtructum ſub valle VITERBVM, Viterbum.
Et Cimini, cum monte, lacum, quem robore claræ Cimius la.
Alcides, tacito, generoſus, protulit antro,
RONCILIVMq; citi legimus, SVTRIIq; ruinas Roncilium.
Non ſine triſtifico, reliquas, mœrore videmus, Sutrium.
Tandem MONT'ROSSO parvo, Cremeráq; fugatis Monteroſ-
(Quem prope, dum patrias defendunt fortiter oras, ſum.
Olim de Fabia periérunt ſtirpe trecenti ) Cremera fl.
Cernimus Auſoniam paullatim ſurgere ROMAM, Roma.
Totius terræ dominam, mundiq; ſtuporem,
Et ſeptemgeminos, cœlo fulcra addita, colles,
Quos CAPITOLINVS, magni ſolium Iovis, inter,
Ante quidem nitidus gemmis, & fulgidus auro,
Nunc ſine honore jacet, fœdatus cortice vili,
Atq; umbris rerum, priſci vix parva cicatrix,
At quis commemorare potis, monumenta vetuſtæ
Vrbis? & aërio pendentes fornice rivos?
Totve triumphales arcus, mancoſve coloſſos,
Doctorûmq; virûm veſtigia certa domorum,
Tot thermas fractas, templorum fragmina caſa,
Everſos circos, rediviua cadavera murûm,
Dilapſaſq; ducum ſtatuas, totq; amphitheatra
Tot fora, tot vatum tumulos, delubra, ſaburras.
Quis memorare novæ, ſummas Antiſtis arces,
Cardineumq; domos patrum, ac ingentibus hortos
Sumptibus exſtructos? queis cedunt Theſſala tempe,
Et ſylvæ Alcinoi, biferiq; roſaria Pæſti.

*Horreſco aſpiciens Laterana palatia templi,*
*Auratumq́; Petri fanum, molemq́; rotundi,*
*Vt populi ſtrepitum, ut ſolio ſplendente locatum*
*Clavigerum patrem, comitanti nube clientum,*
*(Infula quos cingit, vel ſacra tiara) per urbem*
*Ducere ſpectatos, ſolito de more, triumphos.*
*Summatumq́; aciem flexo ter poplite, Papæ*
*Æmula Gregorij (cui quinctus in ordine nuper*
*Succeßit SIXTVS) ſacris dare baſia plantis,*
*Prætereo Heroas quoq́; natos ſtemmate priſco,*
*Eximiosq́; viros, quos facundißimus omnes,*
*Puro vincebat MVRETVS flumine linguæ:*
*Prætereo, qui nos patrio complexus amore,*
*NERICIVM, Latiis monſtrabat ſingula terris,*
*Et reliquos, belli quibus eſt vel maſcula virtus,*
*Aut toga, vel multis, curæ. palleſcere libris,*
Tibris fl. *Tu modò, quæ vatum, ſatis es famoſa, Thaliâ,*
*ROMA vale, Tibrisq́; vale, æternumq́; valete.*

## ITER HELVETICVM ET RHENANVM.

*NOs iam pegaſeo volucri remeamus ad altæ*
*Euganeæ rurſum colles, notosq́; penates:*
*unde ad Cæſaream. conductâ puppe VIEN-*
*Expetimus primá cum luce appellere, & iſtinc, (NAM*
CON-

CONSTANTinopolim, adq; Euxini littora ponti.
Aſt hoc dum molimur iter, caſu obviat unus,
Qui cum muneribus regni: juſsiq; tributis,
Legatos abijſſe refert, plenumq; pericli
His ſine, Turcorum campos, ait, eſſe tueri:
Tum citò mutatur nobis ſententia, & ullum,
Ulterius greſſum fruſtra proferre negamus.
Hinc, qua Bachilio ſaltus VICENTiæ inundat, — *Bacchilio fl.*
Et jacet arguti genitrix, VERONA, Catulli, — *Vicentia.*
Urbs præclara ſitu, ingeniis generoſa, frequenti — *Verona.*
Merce potens, fœcunda Atheſi firmiſsima muro,
Magnificiſq; opulenta viris, atq; amphitheatro:
Et tamen humana, & doctrinis dedita, cui nil
Poſteriuſve priuſve fuit, quàm præmia ſacris,
Quo ſe cunq; ferat ratio, decernere Muſis.
Nec procul hùc, lautæ ſunt florida rura CREMonæ, — *Cremona.*
Gensq; Bianorea, & divini, MANTVA, vatis — *Mantua.*
Virgilii, natale ſolum, quod Mincius Andis — *Andis ricus.*
Fœcundat liquido, princeps Gonzaga gubernat.
Mantua dives avis, felix armiſq;, togaq;, — *Mincius fl*
Delicioſa loco, Benaco juncta tumenti,
Squamigeriſq; ſcatens populis, domibuſq; ſuperbis, — *Benacus fl*
Vix toti mundo, vix toti cedet Olympo.
Tunc pedites lentè PISCHeram tendimus, illinc — *Piſchera.*
Quò flavum rapido torrenti BRIXIA Melam — *Brixia.*
Ciconia ſpecula, & Calepini patria tellus,
Strenua, Lombardos proſpectat BERgoma cœlos,
Poſt LEcha conſpicua eſt, Hiſpano ſubdita ſceptro, — *Bergomum*

 Cum — *Lecha.*

Mediola- Cum MEDIOLANO omnigeno, quod nobile tumbâ
num. AMBROSII eſt DECIIq́; & MAINI IASONIS ortu,
Lambrus Clarumq́; Aſtrææ ſummis, Phœbiq́; patronis,
fl. Et forti Inſubrum populo, Lambriq́; fluentis,
Inſanasq́; domus retinet, fora, templa, plateas,
Excultas arces, generoſa palatia, merces
Innumeras, ſculptis ornata periſtyla ſignis,
Et circumcirca ductos ad ſydera muros.
Nil huic deliquii eſt, nil huic Fortuna negavit,
Arma viris connata, animus conterminus aſtris,
Ac Iovis, ac reliquûm, hic ſunt incunabila, Divum,
Comum Hanc IOVII ſequeris clariſsima patria COMVM,
Antiquis fulgens ſtatuis, PLINIIq́; coloſsis,
Larius lac Tuq́; ô, ſcabroſis, Lari, circumdate paſsim
Addua fl. Rupibus, illæſo quem perfluit Addua rivo,
Ticinus fl. Et BELINZONÆ, Ticini ad marmora, turres.
Belinzona Húc ubi, per tumidas, rate panda, equitavimus undas
Veſpere ſubluſtri, confeſtim nautica plebes
" Ebrietate madens, quæ radix ſumma malorum,
" Prædo animæ, arcani indicium, diſſuaſor honeſti,
" Dulceq́; peccatum eſt, abſentem Phyllida cantat.
Mox cancros crepitat, verbis & verbera acerbans,
Orditur pugnis pugnam, ſociisq́; propinans,
Traducit totam, ſtrepera inter prælia, noctem:
Nos primo, exſomnes, feriente cacumina ſole,
Adula Feſsis laſſamus pedibus, diſcrimine magno
mons. Magni ADULÆ ſcopulos, vallataq́; culmina ſummis

Cœli

Cœli conuexis, canisq; peruſta pruinis,
Et contecta gelu, quæ, nec calidi orbita Cynthi,
Nec ſitiens æſtas tetigit, nec Sirius ardens,
Sed frigus, Boreasq;, & nigri fulmina Cauri.
Ulteriùs læti, Helvetica tellure potimur, Rhenus fl.
Quà Rhenus duplici primùm pronaſcitur alvéo,
Rhæticaq; inſignes, extollit CVRIA, campos Curia,
Lautitiemq; urbis lepidæ, quam flumine puro,
Lympidus humectat Pleſſura, arcisq; venuſtas pleſſura fl.
Cum templo commendat, ineſt cui plurima pulcri.
Cernendiq; operis forma, & diductio, ubi vel
Inclinata baſi teſtudo, vel obvia pilis
Congeries, prono capitella in ſaxea limbo
Sidit, & infractis epiſtylia molibus urget,
Poſt id FAVARIAS, proſperrima balnea, thermas, VValſtadi-
Pictaq; VVALSTADII ſpeculamur frugibus arva, um.
Rivanumq; lacum, & TIGVRVM prælustre Limago, Tigurum
Mavortis ſobolem, quod nec longiſſima belli Zurich.
Tædia, Siſyphiusq; labor, nec ſedula caſtra, Limagus
Æternûmq; ducum, potuit ſubmergere virtus, fl.
Campus ut hiſtoriæ: quam teſtem temporis eſſe, , ,
Veri oculum, thecam rerum, vitæq; magiſtram , ,
Doctores referunt, ſcriptis demonſtrat opimis. , ,
Quid Phœbi memorem Athletas? quos Zuuinglius (inter
GESNERVSq; fuit præſtans, haud ultimus olim:
Aut recitem artifices varios, commercia, mores,
Mundiciemq; loci, ſtructosue ad ſydera muros?

*Et,domina quæcunq; hac vrbe,videnda fuére,*
*Cum* TIGVrum, & BErna, *Helveticæ duo lumina terræ,*
*Sat mundo toti,toti notiſsima olympo.*
Badena. *Tranſmiſſa cum nocte mora, rellicta* BADENA *eſt*
Iura mons IVRÆ *ſinitima, & fractæ.mox, funditus vrbis*
Auguſta *Rudera* RAVRACVM, *(quæ iam modò vomeris ictu,*
Rauraco- *Sulcantur ſolido,præbentq; herboſa capellis*
rum. *Pabula dumivagis) greſſu ſunt miſſa citato.*
,, *Adſpice qui tranſis,fluxæ monumenta Rotundæ,*
,, *Et ſimilem ſimili caſu,tibi finge ruinam.*
,, *Sic variant ſortes,ſic verſat Iuppiter urnam,*
,, *Ut quæ ſumma prius,de ſummis,infima fiant.*
,, *Quid Roma vberius? quid Troia maius? Athenis*
,, *Clarius? & clara Carthagine celſius ? omnes,*
,, *Infeſtos novere* DEOS, *novere ruinam,*
,, *Et ſibi multiplici fabricarunt funera luctu.*
Baſilea. *Sed quid ago? hinc populoſa tuas, quæ gurgite vivo*
*Rorantur Rheni,portas* BASILEA *ſubimus,*
*Diſcentûmq; ſtatim cœtu,cœtuq; docentûm,*
*Vinetis, domibus , templis, buſtoq;* GRYNÆI,
*Laxè emiſsitios noſtros ſaturamus ocellos:*
*At prius inviſam,licuit contingere, terram,*
*Ecce equitum cuneus,diſpoſtis ritè maniplis,*
*Et peditum cincta occurrit turma, viarum*
*Obſeſſas multo perrumpens ſanguine fauces,*
*Et quoſcunq; metens gladio: nos attamen inde*
Friburgũ. FRIBVRGI *tutas,ſacraria ſacra Minervæ,*

*Muſarum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Muſarumq́; favos, Briſgoiæ prendimus oras. Ellus fl.
Longiùs evecti Trebocum accedimus Ellum.
Fortiaq́; aërij, ARGENTINÆ mœnia, muri, Argentina
Mœnie: tota licet producat Thracia vires,
Non capienda manu, non ſi divellere ferro
Bellipotens tentet Mavors, vel Turcicus hoſtis,
Sublicium ſileo pontem, tormentaq́; crebra,
Vrbis & anfractus, atq́; in latus omne patentem
Turrim, Caſtalidumq́; gregem, qua Sturmius, ipſum
Primatum, ſenio iam tunc confectus, habebat.
Proporrò doctis MENCINGIA clara, pateſcit, Mencingia
In quibus Aônij decus inſuperabile fontis,
Congeriesq́; omnis Sophiæ, culmenq́; parensq́;,
Et mundi, & Rhodij, ſydus prælustre, Lycæi,
Nutritus DAVID, cũ fratre NATHANE CHYTræus,
Inſignos ambo ſcriptis, virtutibus ambo,
Ambo poſtremi, clariſſima lumina, ſecli,
Et præceptores, bina dieteride, noſtri.
Porrò, quæ magnis bis ter Commune ſepulchrum
Cæſaribus tribuit, litesq́; ſecare forenſes,
Et varias, ſolita eſt paredris abſoluere, cauſſas,
Aſtrææ ſedem, NEMETVM perreximus vrbem,
Iuſticiæve domum, SPIRAM, fermè imbre ſepulti.
Quem tota luce Hippotades condenſat, & udo Spira.
Grandine commiſta Thaumantias excutit, ore.
Deinde Palatinas, Muſis decima addita divis,
HEIdelberga tuas, quas Neccarus alluit, arces, Heidelber-
Neccarus fl.

 Adiuncto

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Neccarus fl. *Adiuncto externis luſtramus fœtibus horto,*
*Spectatosq́ docere viros, quibus ipſa perennas,*
*Et vigiles diſcentûm animos, moresq́, notamus,*
*Quis nō, quæſo, XILANDRVM? quis non novit Eraſtū?*
*Magnanimumq́, CASIMIRVM? quos ardua virtus,*
*Per totum latè fecit clareſcere mundum,*
*Aut reliquos Themidis myſtas? qui plurima ſæpè*
*Ingenii magno producunt pignora fructu.*
*Poſt hæc aſſequimur ſpumantia marmora Mœni,*
Mœnus fl. *Lumen ubi imperij, non bellis ſplendida tectis,*
*Sed præſtantum hominum genio, cultuq́, penuq́,*
*Martia, coctilibus radiat, FRANCFORDIA, muris:*
Francofordia. *Urbs opibus præſtans, ceu cornucopia opimis,*
*Filia Mercurii, Phœbi germana, ſuperbo*
*Nobilis emporio, ac rerum penuaria cella,*
*Non tibi commemoro merces? quas congerit illic*
*Adria, Tibris, Arar, Nilus, Tameſis, Padus, Iſter,*
*Sequana, Scaldis, Anas, &, quem bibit India, Ganges,*
*Ac totum hùc vectum, peregrinis flatibus, orbem.*
*Quidquid avent oculi, quidquid mens fingere tentat,*
*Artificumve parare manus., hoc provehit una.*
*Non claros virtute viros? nec mœnia circum*
*Inſanis cataphracta minis? libroſve frequentes.*
*Quod recitare alias, brevitas me temporis urget.*
*Tu quæcunq́, optas, alibi non quære, nec extra,*
*Heic orbis ſpeciem, ſapiens natura, locavit.*

HASSIA proporrò, ſaxoſis obſita ſylvis,
Obſitaq́; omnimodè nemoroſis collibus: amplum
Præbuit hoſpitium, ac primò GIZENA, deinceps Gizena.
Quarta ſoror Charitum, cujus rivalis Apollo,
MARPVRGVM excepit feſſos, meſſemq́; Minervæ, Marpurgũ.
Monſtrat cum Sophiæ aſſeclis, iuuenumq́; caterva,
Largo ſiccanti CATTVM Permeſſida, potu.
Denuò FVRSLEBIVM viſum eſt, ubi araneus hoſpes Furslebiũ.
Vix murem quo paſcat habens, nos perpete luce
Impranſos, ſolisq́;, viæq́; ardore peruſtos,
Compellit triſtes invitò carpere ſomnos.
Nec mirum hoc, cum ſæpe fames, tortura viatum,
Fanda infanda, ſitis veſana, pericula vitæ, “
Vilis menſa, torus durus, reſponſio cruda, “
Et peregrinanti exantlandum frigus, & æſtus: “
Præſertim veteri, ſi quis diſſutus aluta eſt, “
Nec plus in fundi, ſuſpirat nummulus, imo: “
Hæc quicunq́; nequit, vel talia ferre recuſat, “
Mollis inersq́; domi patriá ſubſiſtat in umbra: “
Ardua enim ſegnes detrectat gloria plumas, “
Talpaq́; nec ſolem, nec curat noctua lucem.
Exin CASSILIVM Haſſiacæ mera gloria terræ, Caſſilium.
Et ſuperata fuit contermina MVNDA Viſurgo, Munda.
Cum vicina tuis Lani GOTTINGIA rivis. Viſurgis fl.
Qua patria natus. Latio haud incognitus orbi, Lanus fl.
Luminibusq́; viris terræ, Muſa Attica Varnæ, Gottingia.
Dilectumq́; caput ſuperis, ſydusq́; Roſeti,

Ingenio,lingua,calamo,virtutibus, uſu,
Ille mihi meritis meritò,& bonitate patronus,
CASELIVS, longo vitæ digniſſimus ævo,
Cujus,præ reliquis,fidei,me debeo totum.
Et,dum fata ſinunt non aſpera,dedico totum.
*Hercinia ſyl.* Luce ſequente,frequens graſſanti ſylva latrone
Hercinia iſto intrata loco eſt,quo quæritur auri
*Goslaria.* Lamina,venæq; argenti,ſemenq; metalli,
Et prona,aurifluo,GOSLARIA,colle ſuperbit.
*Helmſtadium.* Poſt vrbs HELMSTADIVM,Iulij ſub principis orſu,
Palladio decorata novo, fuit obvia nobis:
In quo,ceu nitido ſub cœli turbine Titan,
Athletes legum princeps,ſuadæq; medulla,
Cum MINSINGERO,linguæ dulcedine pollens
BORCHOLTVS fulget,famaq; altum æthera complet.
*Broccus mons* Incipit ulterius monſtrare cacumina BROCCVS,
BRVNOPOLISq; ſuos,cenſu ditiſſima, muros,
*Brunſuiga* Cedentes nullis, templum ſeu culmina luſtres
*Oucarus fl* Ardua,ſive domûm,aut quas lympidus Oucarus ambit,
Bellaces ſolido ſolidatas aggere portas:
Seu cives ſpectes, queîs nil generoſius ipſo
Vel pacis,Vel belli etiam præſtantius Uſu eſt
Et paſſim ſacra roſtra patrum,myſtasq; ſacrorum,
Quos,ſenio clarus,canisq; verendus & annis,
Vnicus anteſtat ſcriptis CHEMNICIVS,omnes.
Et iam ter roſeos Phœbus produxerat ortus,
*Luneburga* Cum tua NOCTIVAGÆ,quæ gaudes nomine,Lunæ
Mœnia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Mœnia proſpicimus. quiq́; altus concubat Urbi
Calciferum, tenuesq́; caſas, & plumbea vaſa,
In queis ſal coquitant, cornu prædivite, putum:
Cum luxum domuum, & dicundo jure periti
Cernimus HUSANI faciem, tectumq́; paternum
BACMESTERE tuum, qui noſtri ſceptra Lycei
Geſtas, & vigili convectans lucra juventæ,
Dogma Euangelij, divinaq́; ſemina, ſpargis.
His ita præteritis, gemina circumdata nympha,
Vandaliæ caput ipſum, Vandaliæq; corona,
Teutoniæq́; decus nos lauta LUBECA receptat,
Lauta Lubeca ſitu, cenſu generoſa frequenti, Lubeca.
Magna viris magnis, qui juſta lance miniſtrant
Sacratas leges, præſcriptaq́; jura tuentur:
Inclute mercatu, bellis præclara puellis.
Quæ lepido affatu, lepidis narratibus, omne
Abripiunt punctum, Ut videas ſtuduiſſe decori,
Laudemq́; vnanimes, vultus candore, mereri,
Et Iouis, & Charitum, urbs dici, incunabula, poßit.
Tantus amor recti, tantum heîc valet aurea Virtus

Tandem Vachneſſo VVagriæ, Iraveq́; fugatis, Vachneſ-
Terra apprima ferax, vaccæq;, & meſſis abundans, ſus fl.
Neptuniq́; ſcatens pecude, & ditißima rerum, Trauus fl,
Exſpectante oculo viſa eſt, Megalepolis ora,
Miſſumq́; à dextra SUERINUM, nobile ſtagno,
Templo alto, populi ſtudijs, aulaq́; Ueiuſta, Suerinum.
Et notis Uirtute Uiris, linguaq; politis,

Qui

Qui ſibi ſyderearn conſtanti Pallada vinclo
Adſtrinxere Deam. Muſasq́; tuentur, & ipſa,
Condecorant vario, natalia culmina, fructu,
Quos inter, calamo, Suadâ, virtutibus, arte,
Et pietate SIMON PAVLI, & clariſſimus uſu eſt,
Hac patriá genitus: qui præſenti urbe ROSarum.
Zelotypus ſcelerum terror, templisq́;, ſcholisq́;
Verbum Euangelij, divinaq́; dogmata tractat.

Vuiſmaria    Porro VVISMAriam adſpicimus, quæ dives ab olim
Omnibus ex terris confluxu opibusq́;, virisq́;,
Et fuit ingeniis fœta, & cultiſſima rebus.
Nunc verò geminis ita preſſa ſororibus arctè eſt,
Preſſaq́; vicinis undis rivalibus, ut vix
(Ni fortuna modum monſtraverit alma( ſalutis,
Splendorisq;, queat veteris ſuccreſcere ramus.

Sed quid ego hæc? patriam tandem complectimur
Roſtochium    ROSTOChium, qua non alia opportunior uſquam (urbs
Penè ſitu eſt: ſi quis vel flumina pulcra, ſecundos
Navigiis portus, & opimas piſcibus vndas
Inſpiciat rectè, fœcundave prædia cernat:
Seu mores hominum cultos, magnumq́; Senatum,
Ardua templa, ſcholæ formam, collegiaq́; ampla,
Et turbam ſpectet, doctorum, ex aſſe, virorum.
Heîc victus ratio eſt facilis, facilisq́; locorum
Temperies, tenui venduntur q́; omnia nummo.
Heîc Muſarum Helicon: quo ſe, ceu fonte, juventus
Abluit, ac puris abſtergit barbara lymphis.
Heîc variæ naves, heîc merces, unde paterna

Urbs

*Urbs, Pandora Deum, ſine crimine, & alteræ Athenæ,*
*Poßitq́; Arctoæ paradiſus dicier Anſæ:*
*Falſa tonet Momus, quæ ſunt verißima, dixi,*
*His ita Divorum confectis numine, cui jam*
*Æternùm perago, finito carmine, grates,*
*Rurſus ad Aônias, ſuetosq́; redire labores,*
*Et ſtudii incœptam cupio pertexere telam:*
*At mea, quæ nondum potis eſt requieſcere, nondum*
*A longis ceſſare viis, mens impedit, œſtro*
*Ardeſcens nimio, inſani tentare profundi*
*Undas, ac peregrè Neptunia viſere regna.*
*Quis vitio vortet? niſi ſanæ mentis egenus,*
*Et portas larium non planè egreſſus, & is qui*
*Segnia concluſit patrio ſua corpora nido.*
*Sit quodcunq́; velit, verum eſt, niſi vera profamur,*
*Quolibet in cœtu tenet Experientia ſceptrum,*
*Et Cynoſura hominum, vitæq́; magiſtra, vocatur.* ‘‘
*Id dum mente agito defixá: Conſul honeſtis* ‘‘
*Ingenij excultus ſtudiis, animoq́; benigno,*
*Ac prorſus lepido, cui gratia fervida mores*
*Temperat, & mentem prudentia larga coronas,*
*RUNGIUS, Arctoæ legatus totius Anſæ*
*Hinc procul ire parat, ſecumq́; abducere memet*
*Longinquæ cupidum terræ: quo Sármata durus*
*Syluoſa arva colit, ſeſeq́; POLONIA bellax*
*Planitie extollit, gelidis vicina BORUSSIS,*
*Dum juſſum molitur iter: præſcribitur ecce*

Rur-

Rurſus ad incertum, præſens legatio tempus.
Dania. Hinc illæ lacrimæ : verum mihi DANIA viſa eſt
Dives opum, meſſe exundans, vaginaq́ rerum
Noruegia, Interea, & rigido canens NORVEGIA cœlo ;
Quæ meritò ob piſces varios, ſylvasq́, bovesq́
Sumen & Europæ, & penuaria cella vocatur ;
Suecia. SVECI etiam regni pars viſa , & SCANdia præſtans,
Scandia. Cum pulcris generoſa tuis HALLandia pratis.
Innumeræq́ urbes, multi vici, oppida multa.
Holſatia. Quæ paſsim HOLSatia, ac paſsim POMERania, jactat,
Pomerania Illa at vicina, & noſtris benè nota, relinquo,
Salvus ad Arctoum patriæ remeando Roſetum,
Heic ubi ſcribendi & longarum meta viarum eſt.
Gloria ſit noſtro, ductori debita Chriſto.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# PETRI LINDEBERGI ROSTOCHIENSIS.

## PRIMÆ PARTIS LIBER QVARTUS CONTINENS ELEGIAS ET POEMATA.

### Elegia I.

AD ILLUSTREM VIRUM HENRICUM RANZOVIUM VICARIUM REGIUM.

A°C. 1572. die 27 Iunii Ætatis XI.
A. C. 1582. die 17. Octo. A. C. 1587. die 28. Mai Ætatis 23.
A. C. 1587. die 9. Decemb. Ætatis 30.
A. C. 1591. die 20. Aprilis Ætatis 28.

SI toties morimur, quoties nos pignore privat
Fata, velut docto Publius ore refert.
Heu quoties vixiſſe heros te nobilis ajam,
Pignoribus toties qui viduare tuis.
Primus de Natis THEODORUS lumina claudit,
Quà ſtat Vandaliæ, pulcra Lubeca, caput.
Deinde Palatinas ubi Neccarus alluit arces,
IANUM præpropere ſubſtulit atra dies.
Poſt Natarum una arctoo CATHARINA ſub axe,
Ante diem celeri morte perempta cadit.
Mox annis, animoq; vigens FRIDERICVS, ab ictu
Conficitur ſclopi Gallica caſtra ſequens.
Tandem etiam poſt tot Natorum funera CAIUM,
Hocce tuo in ſenio mors truculenta rapit,

Præ-

Præterea NEPTES, ſileo quoq́ pignora fratris,
  Quorum non pauci ſuccubuére neci.
Præterea AGNATOS, quorum virtutis amore
  Vita tibi dulcis, mors oneroſa fuit.
Haud igitur mirum, cœli quòd limen anheles,
  Et rores fletu ſidera ſicca tuo.
E luctu in luctum cùm conjecteris amarum,
  Semper & obducto vulnere vulnus alas.
Quis ſeſe in tali fortuna temperet? ah quis
  Non tecum ſalſis ſe maceret lacrymis.
Verùm cùm fuerit fati hæc immota voluntas,
“ Ipſiusq́ Dei velle, neceſſe feras.
“ Aduerſus ſtimulos durum eſt impingere calces,
“ Durius aduerſus fata movere manum.
“ Fit facile & ſubitò, fieri quòd fata requirunt:
“ Fit facile & ſubitò, quòd cupit ipſe DEVS.
“ Qui, quod agit, bene agit, quod & ordinat, ordinat æquè,
“ Et juſtus juſtè quod facit omne facit.
“ Qui, velut eſt viſum & placitum ſibi, cuncta gubernat,
“ Sive ea grata tibi, ſive moleſta tibi.
“ Non abſq́ illius nutu paſſerculus unus
“ Decidit in duram, corpore læſus, humum.
“ Neve aliquis noſtri capitis de vertice cirrus,
“ Imò nec minimus, quin volet ille pilus.
“ Quarè age RANZOVI, Domino te ſubjice CHRISTO,
“ Et placidus placidè, hoc pergrave perfer onus.
“ Hoc grave perfer onus, Patientia nobilis herba eſt,
“ Sed non hanc ipſam quilibet hortus habet.

Atque

*Atq; ut ſæpe alios, ſic hunc quoq; pelle dolorem,*
*Qui levior cunctis jure putandus erit.*
*Huic etenim nato, reliquis quòd fata negarunt*
*Extremum dixti perpetuumq; vale.*
*Huic ſoli aſsiſtens, reliquis quòd fata negarunt*
*Lumina clauſiſti jam moritura Pater.*
*Hunc ſolum ſolum, reliquis quòd fata negarunt,*
*Omnibus ex natis tumba paterna tegit.*
*Queis ſimul adjicio, quòd Chriſto fidus adhærens,*
*Mortuus in vera & ſalvificante fide eſt.*
*Tuq; illum rurſus redivivá & carne videbis,*
*Ultima cùm terris fulſerit illa dies.*
*Interea poſito luctu, poſitoq; dolore,*
*Et tu, qui ſimilis bullá, memento mori.*
*Mors certa eſt, fortuna levis, breve vivere noſtrum,*
*Pulcrum mane rubens, veſpere triſte jacens.* ,,
*Ibimus hinc omnes, omnes hinc ibitis, ibunt* ,,
*Quæ ſuper & ſubter, ſuntq; ſolum atq; ſalum,* ,,
*Felix qui tandem ſupremam funeris horam,* ,,
*Implet fine bono, claudit amore Dei,* ,,
*Hoc Iobi dicto, Dominus, dedit abſtulit idem,* ,,
*Ut Domino placuit? cuncta ita facta cadunt.*] ,,
,,

## IX.
## AD NOBILISSIMUM VIRUM PETRUM RANTZOUIUM, REGIS DANIÆ CONSILIARIUM.

" QVod DEVS imponit molle eſt, quod judicat
" æquum eſt,
Quod ſtatuit juſtum eſt, quod facit omne
Suſpenſis igitur lacrymis, poſitoq; dolore, (bonum eſt.
Ranzoviæ gentis nobile, PETRE jubar.
Deflere æternum DANIELEM deſine Natum,
Illam illam cordis ſpemq; decusq; tui.
Nil ſurdo prodeſt tumulo cumulos lacrymarum,
Infectum, factum, reddere nemo poteſt.
Eſt fateor curarum cura, dolorq; dolorum,
Mœror mœrorum, ſollicitudo gravis.
Amiſiſſe unum ſenij ſolamen, & unum
Delicium vitæ, deliciumq; animæ.
Patre procul, patriaq; procul, cunctisq; propinquis,
Longè hinc diſtanti, morte jubente, loco.
Sed ſolamen erit, quòd Chriſti carne reſurget,
Natumq; exanimem patria terra tegat.
Non Latium, non urbs Patavini Antenoris, illic
Quanquam præpropero funere merſus obit.
Extera dum viſit juvenis, peregrinaq; regna,
Et ſtudiis inhiat non ſine laude bonis.
" Sic Domino placuit, qui patrem pignore donat,
" Et lubitu & libitu, cùm cupit, illa rapit,
" Qui ſolùm ſolus quid nobis utile cernit,
" Solus & arbitrio perficit omne ſuo.
Iamq; tuum gnatum cæleſti ſede recepit,
Viſeret æternæ ut docta Lycea Scholæ.

Quare cum lacrymæ nihil, aut ſuſpiria proſint,
   PETRE. tui affectus contrahe vela pij.
Gentilisq; tui exemplo, moderare dolori,
   Qui placidè novit talia mente pati.
Mors quemcunq; manet, fato ſunt ſubdita cuncta,
   Mors eadem nobis eſt adeunda brevi.
En rapimur, ſenſim morimur, mutamur in horas,
   Vita fugit, tempus labitur, hora volat.
Omnia tranſibunt, & nos tranſibimus omnes,
   Qui Chriſto novit fidere, vivet homo.

## III.

## AD EVNDEM P. RANTZOVIUM.

Firma valetudo eſt auro mage grata: quid illa?
   Pax. quid & hac? Soboles. Quid ſobole? (ab nihil eſt.
Non igitur mirum, quòd nati, nobilis heros,
   Deſlendi deſles triſtia fata tui.
Sed ſtatuas aliquando modum, finemq; dolori,
   Cùm juſto fuerint hæc ita viſa Deo.
Siſte tuas lacrymas mortalis vivere ſors eſt,
   Et rurſum, fata non remorante, mori,
Dum nos hìc edimus, bibimus, dormimus, abimus,
   Annum nemo poteſt addere, nemo diem.
Omnes ſub fati firmata lege tenemur,
   Exitus in dubio eſt, hora, locusq; necis.
Naſcimur hìc fletu, fletu traducimus ævum,
   Et noſtrùm in terris eſſe, fuiſſe parum eſt.

Felix

Felix qui vivit ſic, demum ut vivere poßit,
   Et fama exoritur præpete, cùm moritur.
Ille tuus gnatus, gnatus tuus unicus, illud
   Dimidium cordis, PETRE diſerte, tui
Traditus eſt terræ, quia nil niſi terrea maſſa eſt,
   Cumq́; homo fictus humo, nunc quoq́; fixus humi.
Corpore ſed tantùm, non fama & mente ſagace,
   Mens generoſa polo eſt, membra caduca ſolo.
Atq́; ita, quem dederat curſum Fortuna, peregit,
   Supremumq́; piè clauſit in orbe diem.
Quisquis es, in terris dum vivis, vivere diſce,
   Utq́; Deo vivas poſtmodò diſce mori.

## IV.
## IN NATALEM HENRICI RANZOVII.

ALtera poſt decimã, quam portat Martius axe
   Sũmo in honore mihi eſt ſemper habẽda dies.
Hac etenim electus Medicæa ſtirpe IOANnes
   Qui decimus dictus poſt Leo, Papa fuit.
Hac dedit Imperij PETRVS diadema Rudolpho,
   Ipſi quod priſco tempore petra Petro.
Hac Regi impoſuit LVDOVICO PRAGA coronam,
   Urbs generoſa ſitu & delicioſa ſitu.
Hác Dux ALBERTVS ſua fata ſubivit, Achillem,
   Quem dixére alij, Marchia culta Patrem,

*Mortuus hâc etiam eſt HERACLIVS Induperator,*
*Ad Mœnûmq́ obijt FLACIVS ILLYRICVS*
*Hâc Dux Saxoniæ GVLIELMVS cretus in auras,*
*Accepit vitæ tempora prima ſuæ.*
*Hac ipſá eſt tandem, Dani qui nomine Regis,*
*Holſatiam ſumma proſperitate regit,*
*Ille pater patriæ HENRICVS, virq́ optimus ille,*
*Ranzoo illuſtri ſanguine natus eques.*
*Salue feſta dies, natalis candide ſalue,*
*Magnorumq́ virûm, ſemideumq́ virûm.*
*Et tu RANZOI ſalve, quem ſidere dextro,*
*Naſci tam celebri Dii voluere die.*
*Quis te non novit? cui non tua cognita virtus?*
*Claraq́ dextra ſago, claráq́ dextra togá?*
*Ingeniumq́ tuum ſolers. & nobile ſtemma?*
*Quéis patuli reples ſolis vtramq́ domum.*
*Dii faxint ſuperi, ut triplices numerare nepotes*
*Natalemq́ tuum cernere ſæpe queas.*
*Quodq́ aſtra, & cœli ſpondet ſcrutator aruſpex,*
*Longævi exſuperes ſtamina longa patris.*
*Id fore confido, cùm ſexta refulgeat æſtas,*
*Poſt bis ſex vitæ luſtra peracta tuæ.*

## V.
## AD CLARISSIMUM VIRUM DAUIDEM CHYTRÆUM.

Teutoniæ phœnix CHYTRÆE, decusq́ Roſeti,
  CHYTRÆE Aönidum fama, medulla, anima.
Quæ, quæſo, hac roſea te res eliminat urbe?
  Quæ, quæſo, alterius te coquit aura ſoli?
Teq́ peregrinum longè remoratur in orbem,
  Tam procul à patriæ ſedibus, atq; domo.
Ut neq; te nati, & natæ, tenerive nepotes,
  Nec conjux gemitu mœſta, dolensq́ ſuo.
Nec precibus numero innumero ſchola noſtra profuſis,
  Nec rurſum adveniens dura reducat hyems.
Per dium juro Fidium, & cœli æthera teſtor,
  Mens mea dura timet, mens mea multa timet.
Ne vel triſtifico armentur tua corpora morbo,
  Qui plerunq; citæ eſt ſponſio certa necis.
Vel quocunq; alio dubiæ diſcrimine vitæ,
  Quo peregrinantum crebrò oneratur iter.
Teſtis ego mihi ſum, expertus qui talia novi,
  Non niſi ſæpe ſalo, non niſi ſæpe ſolo.
Cùm peterem Auſoniæ carioſa cadavera Romæ,
  Cùm mare Norvegicum, cùm mare Sueciacum.
Et plures alias, quas cautè hic negligo terras,
  Qui lupus eſt migret blandula fiet ovis.
Sed quid mærentes amenti mente querelas
  Fundito? quid votis fata fatigo meis?
Vivis adhuc ſophiæ præſtans CHYTRÆE medulla.
  Vivis adhuc Roſeæ firma columna ſcholæ.

Iamq́

Iamq́; paras reditum, jam notas linquere terras,
Heic ubi frugiferos Pruſsia jactat agros.
Dum loquor ecce udus ſubitò fit ſudus Olympus,
Creſcit & amota nocte ſerena dies.
Nubila triſtitiæ fugiunt obſcura, reditq́;
Lætitiæ Phœbus non remorante pede.
Rurſus & adducit nobis te, docte CHYTRÆE,
Te noſtrum incolumem reſtituens columen.
Salve vir præſtans, vir jucundiſsime ſalve,
Qui facis abſceſſu triſtia cuncta tuo.
Salve vir celebris, vir præſtantiſsime ſalve,
Qui facis adventu ſuavia cuncta tuo.
Qui mundum illuſtrem illuſtras, roſeumq́; Roſetum
Eximiis ſcriptis, eximiisq́; libris
Unde tua à Borea laus migrat dìdita ad Auſtrum,
Migrat ad Eoos, migrat ad Auſonios,
Donec erit Varna, & Varnæ Cyrrhæa paleſtra,
Donec erit Charitum Phœbus ephœbus amor.
Donec erunt ſacra ex apothecis eruta cœli
Biblia, donec erunt flumina, donec humus.
Interea multùm Præceptor amande, colende,
Vivere longævum, non niſi, vive Deo.
Cui te ſupplicibus commendo deniq́; votis,
Ut Roſianæ etiam pulcra Roſeta Scholæ.
Et merita emeritæ laudis præconia canto,
Quod tecum hoc ipſum continuarit iter.

# VI.

## AD NOBILISSIMUM VIRUM NICOLAUM ALEFELDIUM R. DANIÆ CONSILIARIUM.

TRiſtitiæ eſto modus, vitavit cymba procellas,
ALFELDUS vivit, triſtitiæ eſto modus.
,, Humanam exſuperat divina potentia mentē,
,, Quæ facile eſſe facit, quod grave retur homo.
ALFELDUS, vivit longùm diſcedite curæ,
Carnifices animi, carnificesq; thori
En morbi excipulis eſt extricatus, & ipſo,
Quem ſtruere ardebat Parca maligna, dolo.
,, Sic ſervare ſuos ſecrati numinis aura,
,, Sæpe etiam mediá morte fovere ſolet.
Qui gravium gnavè tractant data pondera rerum,
Publica privatis anteferendo bonis.
Fallor? an aſpicio Alfeldum, ut mihi cor ſalit intra,
Quid? non fallor, amat me Deus, ipſus hic eſt.
Salve vir præſtans, ô ſalve nobilis heros,
Quis tua detinuit corpora morbus atrox?
Num quæ quarta ſoror Furiis eſt addita Febris?
Calculus an renum? ſive maligna phthiſis?
,, Sit quicunq; velit, Deus eſt altiſſimus unus,
,, Qui rotat humanas, ſorte jocante, vices,
,, Qui vitam tribuit nobis, iterumq; repoſcit,
,, Non ſit ut accepti gratia ſurda boni.

Qui

*Qui nunc terrifico contriſtat fulmine terras,*
*Nunc iterat liquidum Sole micante diem.* „
*Et nos ærumnis, interdum affligit acerbis,* „
*Nec tamen optatam denegat almus opem.* „
*Ac licet auxilii quædam cunctatio fiat,* „
*Tardus ut eſt duro ſæpe ſub exilio.* „
*Perfer & obdura, patentia nobilis herba eſt,* „
*Dulcius auxilium mox mora longa feret.* „
*En tua qui triſti tentabat corpora morbo*
*Quam cito divina te relevavit ope.*
*Quám cito reſtituit feßas in priſtina vires.*
*Reddidit & robur, quod fuit, ante tibi.*
*Pro quo tàm ſvavi & jucundo munere, Chriſto*
*Grates ipſe tuo nomine ſemper agam.*
*Semper & urgebo votis ardentibus illum,*
*Servet ut incolumem teq; tuosq; diu.*
*Interea* ALFELDI *longùm cùm conjuge vive,*
*Meq;, ut coepiſti. plus adamandus, ama.*
*Id fore confido. qui noſcito ab ungue leonem,*
*Mens, mihi ſtat totùm, vivere velle tibi.*

## VII.
## AD CLARISSIMUM VIRUM IOANNEM BUNSOVIUM I. V. D.

NVllus ut in magno terrarum turbine Phœnix,
Aut unus ſaltem eſt, Græculus ut blaterat.
Sic ego felicem hoc brumali tempore vitæ,
Nullum ſub toto ſuſpicor eſſe polo.
Aut ſi quiſquam exſtet, te BUNSOVI optime, ſolum
Felicem ante alios arbitror innumeros.
Qui vera præſtans pietate probiſſimus audis,
Quiq; audis vera vir probitate pius.
Pectus & à teneris animaſti rore Latino,
Gnaviter artiſluis invigilando libris.
Multumq; exſomnis dicundo jure peritus,
Et myſtes Themidos factus es eximius:
Poſt hæc uxorem placita cum dote pudicam,
(Vxorum dos eſt ſumma, pudicitia)
Nactus, & ingenio, genium referentia patris
Pignora plura, tui delicium ſenij.
Quorum hi BUNSOVI faciunt juveneſcere nomen.
Illa viro pellit cordis amaritiem:
Inq; algu eſt requies, in curis dulce levamen,
Rectrix natarum ſedula, gnava domus.
Nec ſatis hoc: quoniam qui te diteſcere cunis,
Is fecit ditem te quoq; divitiis,
Ac comptum omnigena paſſim virtute, fideq;
Præſidiumq; Ducis, præſidiumq; fori.
Doctorumq; ſacro tandem diademate adauxit,
Et tribuit titulos, munera grata, novos.

Quos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Quos multis dudum Zephyris, & hirundine multa,*
*Ac rara emeritus, ſedulitate tua es.*
*Cur igitur non te felicem jure vocarem?*
*Qui dictis præſtas dotibus innumeros:*
*Qui Legum forma jugulas ſine crimine lites,*
*Et Themidos ſtudio & qua decet arte ſecas,*
*Non veluti vulgus, quod velo juris & æqui,*
*Verborum fumis ſpem gravidat ſterilem.*
*Auroq; emungit miſeros, & deinde clientes,*
*Macros, cauſſarum ſtrangulat exitio.*
*Non ſic: tu nullum lædis, ſed vivis honeſtè,*
*Et tribuis jus pro poſſe cuiq; ſuum.*
*Quarè age, proſit honos, doctorum inſignia proſint,*
*Proſint doctorum inſignia, proſit honos.*
*Tutus ut invidia pacatum tranſigere ævum,*
*Et poſſis cœptum perpetuare decus.*

## IIX.
## AD MAGNIFICVM VIRVM PETRUM BRANDT, OTTHONIS DUCIS BRUNS. ET LUNÆB. CANCELLARIUM.

*SÆpius exoritur ſacra conteſtatio litis,*
*An* BCNVS *anteſtet* DOCTO: *vel* DOCTVS
*honoram.*

*Lucretur*

Lucretur potius certantum ex pulvere palmam
Quidam conſtituunt DOCTO, quòd ſidera celſi,
Doctrina ſuperet cœli, verumq́ recludat
Omnigenæ Sophiæ, ac morbos notá arte repellat.
Quidam conſtituunt BONO honoram ex pulvere pal-
Quòd puram liquido vivat ſine crimine vitam, (mam,
Iuſtitiam colat, & divina humanaq́ ſervet,
Illi iterum extollunt DOCTVM, adductoq́ libello
Producunt, is quòd patres, aulasq́ gubernet,
Templa, ſcholasq́ regat, ſomniq́ ut dira venena,
Aut hydræ tactum Stygiæ, fœda orgia vitet,
In domitum faciat mitem, agreſtemq́ benignum,
Et cuncta informet patuli dædalmata mundi.
Aſt hi deinde BONVM extollunt, ſpretoq́ libello
Cauſſantur replicis, hic quòd, ceu virus Echidnæ
Effugiat ſcelus, & rarò deliret amuſſi,
Nec domino famulus famuletur ſubdolus auro,
Sed levet innocuos, nocuos compeſcat, & ipſa
Incluta Dædalei illuſtret confinia mundi.
Rurſum illi duplicis DOCTVM plerunq́ recantant
Eſſe bonum, ſed non contrá, cùm nec ſine docto
Curia, templa, ſcholæ, nec totus polleat orbis:
Et tandem his clauſis, implorant judicis æqui
Officium, ac litem rogitant ex aſſe ſecari.
Quod triplicis etiam adductis pars altera poſcit.
Iudex Pallas adeſt, quæ re bellè trutinata,
Emeritam tribuit, certantum ex pulvere palmam,

*Et ſic ex toto decernit candida litem.*
*Nunc igitur juſtum eſt, ut vir doctiſsime ſumas,*
*Iudicio Divæ, Daphnæá è fronde coronam,*
*Qui bonus & ſimul es doctus, Themidosq́; ſacratæ*
*Sedulus aſſecla, & permulto affixus olivo,*
*Nocturni parcus ſomni, parcusq́; lyæi,*
*Dudum ſperatæ meruiſti prœmia palmæ,*
*Quá te tigra triplex inpræſens mnemoſydarum;*
*Pallas & Ægiſona, & vir conſultiſsimus arte,*
*Publicitus Michaël Graſſus promotor honorat,*
*Quarè agè, ſit tibi fauſtus honos nova nomina fauſta,*
*Fauſta ſient patriis quoq́; cuncta penatibus, ex queîs*
*Strenua Doctoris ſolus Diademata geſtas*
*Fauſtaq́; cuncta Duci, quem Cancellarius amplo*
*Conſilio & virtute, velut fulcimine, munis.*
*Vin aliud? vivas, tecum tua adorea vivat,*
*Et cœlo ſerus redeas, & lumine ſicco.*
*Hoc precor exodio, multis hoc abſecro votis*

## IX.

## IN FELICEM N. N. ET N. N. EX URBE ROSARUM DISCESSUM.

*NOn ſic magnanimos hoſtilia bella ſequentes,*
*Ingemuit tellus Itala, Scipiadas.*

Nec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Nec ſic Pirythous dilexit Theſea charum,*
*Cùm Stygis infernas tenderet ad Furias.*
*Sicut ego bino jam nunc viduandus Achate,*
*Queſtubus innumeris expeto vos ſocios,*
*Et retinere paro (quid enim non vera faterer,*
*Quàm mihi ſit veſter dividiæ hinc abitus)*
*Verùm tanta coquit cùm vos diſcedere cura,*
*Alteriusq; auræ ſpiritus exagitat:*
*Ut jam non remoram Muſæ, non dulce Roſetum,*
*Nec Sophiæ altrices ulterius faciant.*
*Cedite, non renuo, repetituri omine dextro*
*Clarum doctiloquæ Palladium Philyres:*
*Heic ubi cygniferi Varnæ rivalis Eliſter,*
*Largo Pegaſeas flumine ſpirat aquas.*
*Arctoæq; Rhodi ſoror in incluta Lipſia, claros,*
*Innumero innumeros nutrit honore viros.*
*Cedite, non renuo, fatisq; volentibus ite,*
*Quò fortuna vocat, quo Iove nata vocat.*
*Dummodò ſim veſtri ſemper pars altera cordis,*
*Sim mentis memoris ſarcina grata, ſat eſt.*
*Vos ego vel cineres inter, tumuliq; favillas,*
*Fœnore perpetuo centuplici recolam.*
*Interea exortes damni fatalis, Amici,*
*Annos longævi vivite Neſtoreos.*

## X.
## IN FELICEM D. B. EX URBE ROSARUM ABITUM.

TVne hinc pontigradis per cærula currere (plauſtris
Patria ad arva paras,
Amice jucundiſsime?
Tunè in ſollicito gliſcis mœrore ſodales,
Plus nimiùm patriæ
Famelicus, relinquere?
Tunè à cygnifero Varna, Roſeoq; Roſeto,
Igniculis Sophiæ,
Te te ſtudes ſubducere?
Quid fugitas? manta, turpis juveni eſt fuga, manta,
Non licet, ah libeat,
Certe libet, ſed non licet.
Perge ergò, haud renuo, ventis auſtralibus ito,
Quo Iove nata vocat,
Quo te Rotunda pellicit.
Dummodò fraterni pars altera manſero cordis
Et tuus alter ego,
Extremum ad uſq; ſpiritum.
Dummodò præſtiteris cautelam, ne quid acoris
Dulcis amicitia,
Glaucomatisq; expullulet.

Dummodò: ſed ſt. Nam rigidum rigido ungue leonem
Iudico, luce diem,
Amore cordis ſuo intimum.
De me nil dubites, non blandi ſcommata fuci,
Promptaq; verba moror,
Hos verè amo, queîs verè amor,
Vin aliud? Dii te ducant, ne prædo marinus,
Cæptum inimicet iter,
Ventiq; Nerea aſperent.
Id quæſo exodio. Nunc perge, valeq;, Sodalis.
Perge, maris vocitat
Hoc te loco pellacia.

# PROPEMPTICON

## D. IOHANNI GEORGIO GODELMANNO.

I. N. D. AC PROFESSORI ET AVlæ Saxonicæ conſiliario, cùm ex alma Roſarum Academia Dreſdam diſcederet, ſcriptum.

*NOn noſtri arbitrii eſt, ubi vivere quiſq; velimus* ,,
*Aſt ubi ſupremus, vultq; cupitq; DEVS.* ,,
*Conſtituente illo, quæ fiunt, omnia fiunt,* ,,
*Sive accepta homini ſint ea, ſive minus.* ,,
*Non ergo inpræſens mea fata incuſo ſiniſtra* ,,
*Quodq; mihi adverſum diva rotunda fluat.* ,,
*Qui toties caris & fidis privor amicis,*
*Quos locus abjungit, vel rapit atra dies.*
*Nec te ſollicito, Godelmanne optime, votis*
*Ne Roſeæ linquas pulcra Roſeta Scholæ.*
*Cum tibi non libeat proporrò hic ducere vitam,*
*Et mens ſit prorſus nolle manere tua.*
*Ah libeat? libet, ah liceat? non non licet. ergò,*
*Æquum eſt auſcultes, promptus ubiq; DEO.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

*Qui te Roſtochium produxit, jamq; reducit,*
,, *Hic benè cuncta facit, fecit item & faciet.*
*Ac equidem ipſe unus, quanquam quod perficit unus*
*Sæpius alterius perficit ipſe manu.* (amic
*Sunt ſatis hæc: nunc, quod reliquum eſt, chariſſime*
*Stipatus turba cælite proſper abi.*
*Conſilioq; tuo ſuffulci principis aulam,*
*Incluta qua celſo vertice Dreſda jacet.*
*Meq; tui memorem memori ſub pectore ſerva,*
*Ac præſens noſtri hoc pignus amoris habe.*
*Per dium juro Fidium & cœli æthereа teſtor,*
*Non te dimitto hinc abſq; dolore gravi.*
*Non de mille malis me quid vehementius angit,*
*Perturbatq; magis, quàm tuus hinc abitus.*
*Sed mihi quid dolor, aut cordis turbatio prodeſt?*
,, *Divinum nemo vertere velle poteſt*
,, *Unicuiq; locum vivendi fata dedére,*
,, *Unicuiq; locum fata dedére mori.*

Primæ partis finis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

# PETRI LINDEBERGI ROSTOCHIENSIS SECUNdæ partis ἡδυμάλων Liber primus continens Epithalamia.

## NUPTIIS

## ILLUSTRISSIMORUM PRINcipum: Domini CHRISTOPHORI Ducis Megapolitani, &c.

## &

## DN. ELISABETHÆ, Incłyti Regis Suecorum GUSTAVI filiæ.

*IN denſa veluti dubius ſubſiſtere ſylva*
*Lignator ſolet, inſpiciens hinc inde virentes*
*Ramos, ex æquo caſum minitante ſecuri.*
*Copia ſic ingens, dux illuſtriſsime, laudum,*
*Incluta progenies atavum, tua vivida virtus,*
*Iamq; novo jungenda toro digniſsima conjux,*

*Suſpenſam retrahunt mentem, perq́; omnia verſant.*
*Quare ô Latoïdes, tuq́; ô Iovis aurea proles,*
*Diva Venus, cui ſunt ſemper connubia curæ,*
*Aſpira promptas vires, animumq́; paratum*
*Effice, nec dextro facilis mihi numine deſis.*
*Tu quoq;* CHRISTOPHORE, *ô dux illuſtriſsime, priſcæ*
*Gentis Obetritæ magnum decus, annue cœptis,*
*Aſpiciens noſtros geniali fronte labores.*
*Sic mea ad optatum penetraverit anchora portum:*
*Sed quid Muſa taces? modulos deprome ſonanteis*
*Quales ſollicitus vitæ meditatus Arion*
*Delphinas mulcens puppi dejectus in vndas.*
*Heruleiq́; ducis cane ſtemmata clara, peractas*
*Illius referens pompas, tœdasq́; iugaleis.*
*Urbs antiqua jacet, pelago circumflua magno,*
*Cui dedit aſperitas terræ Stocholmia nomen.*
*Arx vetus hic veterum ſedes pulcherrima regum*
*Fortia qui Sueonum tenuerunt ordine ſceptra,*
*Huc ubi* CHRISTOPHORUS, *felici ſidere, ſponſus,*
*Sub gelidas gentis princeps Megalæpolis arctos*
*Venit nobilium circum ſtipante caterua.*
*Lætitia exſultant portus, portæq́;, viæq́;*
*Gratanti ſimiles, turres capita alta tremiſcunt.*
*Rex gaudet, gaudetq́; nouum Regina videre*
*Sponſum, & Sponſa ſuum venientem læta maritum:*
*Exiliens gaudet populus, tota aula triumphat.*
*Lætiſono reſonant cantu fora rauca ſtrepentem*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Dant inflata ſonum celſis de turribus æra:
Fulminat ejaculante globo quoq; bellica muris
Machina, fumoſo terras opplente vapore.
Mox orator adeſt regis, cui copia fandi
Conceſſa, hic ſponſum regali more ſalutat.
Dii tibi magnanime ô princeps, ſi numina tangunt
Vota hominum, ut tangunt, longinquæ dulcia vitæ
Tempora dent primò, thalami pariterq́; ſecundent
Fœdus, & optata faciant te prole parentem.
Illeq́; ſit felix, ſemper felixq́; recurrat
Sponſe dies, noſtras quo primùm es ductus ad oras,
Adveniſſe etiam te rex cum fratre, Iohannes
Invictus gaudet, cùm te magnumq́; bonumq́;
Eſſe videt, gratusq́; venis, ſponſæq́; pudicæ
Exſpectatus ades, tandem illuſtriſsime ſponſe.
Dixerat, ecce alius reſpondens talia fatur:
Rex genus egregium Sueonum, ſate ſanguine regum,
Cujus laus vivit terris, & viuit olympo,
Quas tibi, quas, inquam, referam pro munere grates
Tam placido, quòd nos exceptos ore ſalutas,
Ac nos quàm dextra fauſto prius omine tangas,
Ergò tibi rurſum longævos Neſtoris annos
Opto, ſui oblitæ producant ſtamina Parcæ
Sic fratri, atq; tuæ cara cum conjuge proli.
Interea accedit paullatim regia virgo,
Atq; novo trepidans trepidè venit obvia ſponſo,
Qui cupidam cupidis cupidè complectitur ulnis,

*Dum præbet roſeis mille ac mille oſcula labris,*
*Mox tubicen tumido replens cava cornua cantu,*
*Dat ſignum, lautas regali more paratas*
*Iamdudum eſſe dapes, & Bacchi munere menſæ*
*Accumbunt læti juſto mox ordine reges*
*Poſt alij proceres, vinum depromitur auro,*
*Splendida dum celebrant lætis convivia tectis.*
*Atria dulciſono reſonant regalia cantu,*
*Et clangente tuba fragrantia vina coronant:*
*Vnanimis procerum ſpumantes turba culullos,*
*Evacuando mero commendat guttura Iaccho*
*Dulci, dum bifores intrarat Luna feneſtras.*
*Iamq́ dies iterum nigras contraxerat umbras,*
*Et plenam Phœbus radebat lumine terram,*
*Sponſus adeſt meditans ſperata cubilia ſecum*
*Et quando celebret, rata mox ſententia menti*
*Stat, ſtatuitq́ diem rege applaudente, jugaleis*
*Quo ſponſus tædas regum de more celebret.*
*Ante tamen veſtri ſocialia fœdera lecti,*
CHRISTOPHORE, *ô princeps clariſsime, fortia patrum*
*Facta canam, proavosq́ tuo longo ordine dicam:*
*Vt relegendo legas decus immortale parentum,*
*Qualia tractarint forti multa horrida Marte*
*Bella, viri quales, quot parta labore trophæa.*
*Hæc animo te voluentem dux inclyte tangat,*
*Nunc proavum virtus, nunc gloria clara parentum.*
*Delius ipſe leves impellens pollice chordas*

Sic canit Heruleæ referens cunabula ſtirpis
Primus avis, proavisq́ potens, atavisq́ BILUNGUS
Regis Aritberti proles clariſſima, dictus
Herulææ gentis, regum de ſtirpe, tyrannus.
Hîc cùm multa foras rigidi certamina Martis
Geſſiſſet, primus turritam condidit arcem,
De cuius regio hæc cæpit poſt nomine nomen,
Cui natus ſceptrum regni, faſcesq́ ſuperbos
Succedit patris retinens MISILAUS, amore
Bellorum flagrans nullo, ſed ſtructa parentis
Templa Deo, & patrias flagrans evertere ſedes.
Hunc ſequitur rigido MISTEVUS acinace clarus,
Et fulmen belli, metuit quem Rhenus, & Albis,
Danubiusq́ ferox, tota & Saturnia tellus.
Hic cataphractus equo, calcando viriliter hoſtem
Bellica magnanimi ſubiti certamina Martis,
Et Scythicos arcus, & tela Typhoëa tempſit
Hoc patre vitales UDO eſt deductus in auras,
UDO contemptor Divum, crudelibus armis
Chriſtiadum inſectans trepidam ſine fine catervam;
Perfoſſus tandem qui vindice concidit enſe.
Cui mox ſucceſſit GODSCALCUS filius, almæ
Plantator fidei, & divini cultor honoris.
Hic etiam haſtatos cuneos, clipeataq́ ſecum
Agmina deducit, magnasq́ ad prælia turmas
Ut patris mortem, fœdos ſcelerumq́ miniſtros
Ulciſcatur ovans replendo cædibus agros,

*Sed bello rediens divum pia dogmata faſſus,*
*Confeſſus lethali exhalat vulnere vitam.*
*Dein patre confoſſo* BUTES *depellitur oris*
*Expulſus patria propriis, rurſusq́; reductus*
*Inſidiisq́; dolisq́; latenti cæde necatur.*
*Poſt hunc* HENRICUS *frater cingendo paternos*
*Fortiter armorum ſolerti indagine muros,*
*Arripuit regnum, faſcesq́; à fratre relictos,*
*Pace domi facta, tutus poſt pace tenebat.*
*Hoc etiam exſtincto rurſum rurſumq́; tumultum*
*Ecce novum renovant, miſcendo prælia, nati.*
SUENTEPLUCHS *ſuaſu conſortia corpora fratris,*
*Fratris* CANUTI, *mucrone forantur acuto:*
*Qui luit accepto tandem quoque vulnere pœnas.*
*Poſt,* SUINICO *patriis recipit diademata regni*
*Qui mox, infelix nimium ſub limine primo*
*Imperij, ut patres, rigido transfigitur enſe.*
*Et quia nulla thori fuerant huic pignora, rurſum*
*En* PRIBISLAUS *ſceptro regnoq́; potitur*
*Fratreq́;* NICOLOTO *ſocio bella horrida duxit,*
*Qui vincla, exſiliumq́;, & ſævos pertulit hoſteis;*
*Quos* PRIBISLAUS *ſequitur fulgentibus armis*
*Nicoloti proles ſibi debita ſceptra capeſſens,*
*Hic virtute ingens, duris ingentior armis.*
*Alcidisq́; arcus, & tela volantia tempſit.*
*Hic loca, quæ quondam magni veſtigia Chriſti*
*Senſerunt, vidit, Rhodani ſpumantis & undas*

*Hic*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Hic Tiberimq́;, Padumq́;, Iſtriq́; binominis eras,
Vltimus Heruleum fuit & de ſtirpe tyrannus.
Hoc patre vitalem BVREVINVS in aëre prodit
Heros magnanimus, laus & non ultima gentis
Heruleæ, faſces retinendo pace paternos.
Poſt hunc imperii regalia ſceptra capeßit
HENRICVS non patre minus clarißimus ipſo,
Cui quatuor peperit conjunx pulcherrima natos,
Indolis egregiæ, de queis mox maximus ævo,
Arripit imperium, exſtincto jam patre IOHANNES.
Hic ille eſt, hic eſt divini dogmata verbi
Qui docuit princeps, & ab illis nomina cœpit
Hic eſt, quem quondam populoſa Lutetia novit,
Heic ubi diſtinguit turritos Sequana muros.
Quem ſequitur princeps antiquo ſtemmate clarus,
HEINRICVS, patriæ laudis non degener hæres,
Hic eſt à patriis qui dum proficiſcitur oris
Aſpiciens Solymos, & Chriſti nobile buſtum,
Cum ſervo, longo retinetur carcere captus,
Mox patris abſentis regni ſuſcepit habenas
HEINRICVS clarus titulo, factisq́; LEONIS,
Hic Leo terribiles exire cubilibus urſos
Terribilis poterat, tauriq́; effringere cornu,
Hic ira, belloq́; fremens Leo tecta domorum,
Atque urbis Roſeæ ſic ardua mœnia luſtrat,
Sic luſtrat, roſeus fluat ut mox undiq́; ſanguis,
Ingentem faciens converſa per agmina ſtragem,
Non leo erat, ſed homo, ſano cum corpore ſanus,

Quem non infeſtæ potuerunt perdere gentes,
Quem neq; tela, nec arma, nec acer vincere miles.
Exſtincto patrios faſces jam patre Leone,
ALBERTVS recipit rurſus cum fratre IOHANNE,
Quorum bella gerit ſenior multa, horrida multa,
Et res præclaras, celebri dignasq; triumpho.
Hic etiam inſignes referens ex hoſte triumphos,
In patriam lætus victricia rettulit arma,
Atq; ob id amborum viuit ſuper æthera nomen.
Nec minus ALBERTus factis magnum æthera complet
Gentis Obetritæ dux optimus, & Sueonum Rex.
Qui cùm nomen habet patris, gravitate parente,
Nec virtute minor, ſed multo clarior ipſe eſt.
Ardua tranſcendens majorum facta ſuorum:
Nec virtute minor fuit, alto pectore MAGNVS
Illius frater, cui ni tam cruda ſorores,
Stamina rupiſſent, multo præclarior eſſet.
Laudibus excellit laudes, longeq; relinquit
Majorum celebres, celebri famaq; IOHANNES,
Pegaſidum cultor, pater Aonidumq; ſororum:
Qui Varni gelidas erexit primus ad oras,
Dulcibus inſtaurans precioſa palatia Muſis.
Cui mox HENRICVS dictus cognomine CRASSVS,
Imperij retinens ſuccedit ſceptra parentis:
Qui patriis magnum virtutibus æquat Achillem
Æterna æternum retinendo in ſæcula nomen.
Poſt hunc imperij MAGNVS ſua frena capeſsit,

*Magnus qui magnos duxit cum laude triumphos,*
*Re magnus, major virtute, & maximus ævo.*
*Hic Solymos etiam celebres, montemq́; Syonis*
*Vidit, & Appenninigenas bis Tibridis undas,*
*Luſtravitq́; ſimul latas Germanidos oras.*
*Aggreditur regnum moriente à patre relictum*
*HENRICVS patrij rurſus ſucceſſor honoris.*
*Hic fuit egregius princeps, belloq́;, domiq́;,*
*Conſilius felix, præſtans virtute, fideq́;,*
*Pro grege magnanimus, pro legeq́; victor avita.*
*Ecce iterum MAGNUS regum de ſanguine natus,*
*Non aliter quàm cum radiantem Cynthius orbem,*
*Iam fulgens profert fulgenti lumine, prodit.*
*Hic ille eſt, cui Romanæ facundia linguæ,*
*Ingenuasq́; artes ſemper perdiſcere melli,*
*Cui Phœbus, comitesq́; novem, cum Pallade nomenq́;*
*Indiderat Magni, magnis virtutibus auctus*
*Quòd fuerit, Muſas firmoq́; amplexus amore.*
*Pacifico imperium præſtans cum fratre tenebat,*
*ALBERTVS, factis proavos ingentibus æquans.*
*Hic fuit imperij lumen, decor unicus orbis,*
*Princeps magnanimus, dux optimus, inclitus heros,*
*Priamides factis, fortis Tyrinthius armis,*
*Egregia princeps forma, vultu ipſus Apollo,*
*Et tuus hic genitor fuit illuſtriſſime Sponſe.*
*O decus, ô ingens laus, talem habuiſſe parentem.*
*Et patre exſtincto mox IAN ALBERTVS habenas*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Occupat imperij, tuus, illuſtriſsime frater:
Quem patrem patriæ, pacis placidæq́; patronum
Dixerunt cives, quos tutos pace regebat.
Qui Clario Themidis ſtudio ſua nomina ſtirpis
Claravit, magni faciens Heliconis alumnas
Quàm placidus fuerit, quàm clemens, quàmq́; benignus
Quæſo quis ignorat? cum toto vivida virtus
Illius, & laus inſignis celebretur in orbe.
Nec te magnanime, ô princeps VLRICE, ſilebo,
Qui nunc ſceptra tenes, ô regni nobile lumen:
Quid referam laudes, aut quid præconia famæ
Magna tuæ, cum ſis per te ſuper æthera notus.
Te dicunt patriæ patrem, pacisq́; ſequeſtrum
Cives, te facilem, clementem, teq́; benignum,
Imperioq́; tuo ſeſe omnes ſubdere gaudent,
Vive diu princeps ô clementiſsime: vive,
Caſtali dumq; chorum, patriæq́; tuere ſalutem.
Quem tandem ſequeris Sponſe illuſtriſsime, Sponſe,
CHRISTOPHore, Heruleæ decus, & laus unica gentis
Queis CAROLUM fratrem, cujus quoq; ſæcula notum
Laudabunt ventura tuo cum nomine nomen,

Sed quia nunc iterum Titan abiturus ad undas,
Heſperias, feſſo caput inclinavit Olympo:
Tempus adeſt, quo Sponſe tuis clariſsime tædis
Gratuler ex animo, cùm primum craſtinum ipſum
Cynthius adducet radianti lumine ſolem,

Aſſoci-

Aſſocianda tuo tibi deducetur ad aram
Sponſa toro, tua vita, ſalus, tua ſola voluptas.
Eja igitur felix nimium, nimiumq; beatus
Qui tibi legitimo conjungis fœdere pulchram
O pulchram regum magno de ſtemmate Nympham
Et velut Æmonio ſol manè exortus Olympo,
Condecorans terram nitido ſplendore, coruſcat:
Sic modo ſponſa nitet, ſic ſic tua ſponſa coruſcat.
Sed vos, quòd ſupereſt, conſervet amore Dione
Unanimes dulci, longosq; Hygiëa per annos
Ut ſic poßitis tutam perducere vitam,
Et natis menſas ornare, nepotibus ædes.
Fulgida jam roſeis aurora reduxerat ortus,
Ecce iterum læto complentur cornua cantu,
Iam lituiq;, tubæq; ſonant, jam tibia tinnit:
Interea ſacras venit torquatus ad aras
Sponſus, nobilium longâ comitante coronâ:
Quem ſenſim ſequitur, trepido pulcherrima greſſu
Sponſa, nitens auro pulchroq; micans Hyacintho.
Ingenti quoq; Nympharum ſtipata caterva.
Exin veridicus longa cum veſte ſacerdos
Accedit, ſponſos regali fœdere jungens.
Et tandem, quoniam iamdudum cœna parata eſt,
Diſcumbunt hilares iterum longo ordine reges.
Magnificis proceres imponunt fercula menſis,
Inſuper & pleno ſpumantia pocula Baccho,
Dum læti lætis agitant convivia tectis.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Poſt quoq́; Nympharum turba ludente, choreas
Exercent, dulciq́; diem certamine claudunt.
Iamq́; iterum Morpheus nigras abiturus ad undas
Æthereos ſenſim demonſtrat noctifer igne :
Ecce parant ſponſi componere corpora ſomno,
Atq; novos thalamos lecto firmare jugali,
Rex, cum Regina, vultu trepidante ſororem
Adducit ſponſam, cupido traditq́; marito,
Qui mox ſubſternens candenti brachia collo,
Formoſam lætus lætis amplectitur ulnis,
Cumq́; illa, donec lucem ſol aureus ipſam
Reddiderat, ſperata diu ſibi gaudia miſcet.
Atque ubi jam medio ſol eſt altiſsimus orbe,
Rauciſono rebont rurſus cava buccina cantu,
Dans ſignum fuerint quod larga repotia dudum
Et Cerere, & Baccho, regum de more parata :
Reges accumbunt, juvenum flos prandia menſis
Imponit lautis, & ſic convivia læti
Per multos ducunt ftlici ſidere ſoles.
Belligeras donec tandem longo ordine naves
Inſtaurant, campos ſalis undoſosq́; remanant.
Intonat è volucri jam machina bellica puppi
Primùm, producens reboantia murmura ponto :
Non aliter quàm cùm rapidum per inania fulgur
Concidit, & fracto diſploſa tonitrua cœlo :
Talem, dum patrias peteret cum conjuge ſedes
Princeps, ære globos dabat ejaculante fragorem.

Dumq́;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Dumq́; ſedet navi fugiunt vaſto æquore nimbi,*
*Accedit Glauci chorus, Inousq́; Palæmon.*
*Qui mox vnanimes ventis inflata ſecundis*
*Vela implent, patriæ rurſus dominumq́; reducunt.*

# FINIS.

## NVPTIIS LUCÆ BACMEISTERI SS. THEOL: D. ET CAtharinæ Beſcliniæ.

*Ardua ſuccreuit geminis diſcordia Divis,*
*Utrum commodius reſoluto vivere collo,*
*Vel ſua conjugij ſubmittere membra lupato.*
*IUNO refert, felix ille eſt qui compare vita,*
*Cœlica legitimæ non ſpernit vincula tædæ,*
*Unanimemq́; thorum, ſine quo mortalia cuncta,*
*Nec totus poterit rectè ſubſiſtere mundus.*
*Quisquis es, hoc moneo, hoc totum tibi vivere ſume.*
*Rurſum PALLAS ait, felix qui cœlibe tæda,*
*Fellea ſollicitæ contemnit gaudia vitæ,*
*Lectiq́; illectum, per quem præſtantia quæq́;*
*Oppida, cum magnis paßim cecidere tyrannis.*
*Quisquis es, hæc moneo, & majora incommoda vita.*
*COPULA conjugij certè afflictißima res eſt,*
*Et labor & dolor, & curis admiſta voluptas,*
*Sæpe proterva uxor, nata improba, filius effrons,*
*Nunc triſti ſquallet morbo, nunc tabe pereſus*

Præ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Præpropere nimium moritur, nunc victus amictus;
Nunc panis, penus & perverſa pecunia deſit,
Queis ſine ſpreta jacens rerum gemit indiga virtus;
Nec potis eſt placidè, placidam traducere vitam:
Quicunq́; es; fugita ſimile exoptarier ævum,
Tale onus eſt, Nam qui tacto decumbere fulcro
Gliſcit, & amplecti viduam, is ferè herilia vendit
Doteq́; emit litem, dum dotis pondera ſpectat,
Cumq́; labore graves mordentes pectora curas.
Innuba virginitas Diverum nobile donum eſt,
Dixerat hæc PALALS: mox IUNO farier infit.
COPULA conjugij expertis gratiſſima res eſt,
Et comes & genitrix hominum, & divina voluntas.
Obſequioſa tori conſors matremq́; patremq́;
Linquit, & ad teneras dominum canit abdita cunas;
Si mœſtus mœſta eſt, lætatur conjuge læto,
Ambobus commune bonum eſt, unumq́; periclum,
Ambobus commune malum eſt, unumq́; lucellum.
Miſta utriusq; caro, formæq́; æqualis imago,
Exhilarat ſenio caſtos, & prole beata
Nomen in æternum curat juveneſcere ſeclum,
Quicunq́; es, ſemper vive te credito famæ,
Non onus eſt ſed honos, nec Marte vel Arte jugalis
Firmatur lectus, fato nectuntur Amores.
Fato ſolvuntur, veluti mortalia cuncta.
Gnava domus rectrix vidua eſt, fulcrumq́; mariti,
Nupta viri decus eſt pulcra, & verè altera vita,

Vivite conjugio, qui vultis viuere idipſum
Officium ſuperis gratum, & laudabile donum eſt.
Dixerat, & tacito pauſam facit ore loquelis.
Nunc petitur judex, judex aptiſsimus adſtas
Clare vir ingenio, ſacrato codice clare,
BACMESTERE, prius qui tædæ commoda noſti,
Macte age, præſentem facilis componito litem,
Veraq; Iunonis mecum conſulta probato.
Annuis extemplò: Nam commoda plura, jugali.
Et majora malis bona ſunt, quam triſtia, lecto.
Et mala juncta bonis, quocunq; in munere vivas.
O igitur felix iteres Duce & auſpice Chriſto
Connubium. vivant chari tibi pignara fulcri.
Vivat ſudorum conſors, vivasq; ſuperſtes,
Donec avus poſsis triplicem numerare nepotem,

## NVPTIIS NICOLAI DOSSII. MED: DOCTORIS, ET ELISABETHÆ GLADOVIÆ.

NOn leuis exoritur geminis contentio Diuis:
Nam CYTHEREA, meus præſens hic DOSSIVS, inquit,
Qui puer à teneris caſtè mea caſtra ſecutus,
Et noſtri, torrens, confoſſus arundine teli eſt,
Iccirco viduam ducet pro conjuge honeſtam.
Contra PALLAS ait, meus eſt, nam flamine noſtro
Hactenus impenſè luſtravit Phocidos arva,

Et dignis titulis,meritisq; eſt dotibus auctus.
Iccirco pulcram ducet pro conjuge nympham.
Nympha placet cunctis juvenumq; eſt ſola voluptas,
Omnis & in bella ſemper ſtat virgine cura,
Quæ natis menſas ornare,nepotibus ædes,
Et triſtes poterit ſolari provida caſus,
Obſequiisq; viri ſeſe conſueſcere, & inde
Ritè maritali ſubmittere colla lupato.
Quisquis es ô viduo noli te credere fulcro,
Iunge parem,plenaq; fatiga corpora meſſe.
Iuſſa ſequi mandant viduæ, & dominarier optant,
Suſpiciuntq; virum, cùm nulla eſt gratia vultus.
Et ſolitos ægrè poſſunt dediſcere ritus.
Vix PALLAS, ſubitò VENUS alta ſilentia rumpit
Invida quem vitias ? non una eademq; puellis
Perpetuò forma eſt, nec ſemper lilia vernant,
Sæpe levis,laſciva,nocens,temeraria,diſcors.
Dura,ſuperba,procax,viduisq; indoctior exſtat,
Et partis neſcit rebus moderantius uti, (ſtru
Aut regere arte domum, aut nequam regere arte mini
At viduas contra clementes uſio fecit,
Rarus eis factus,levitasq; aut verbera linguæ,
Sed ſincerus amor,comes experientia,prolis
Spes firma,accenſus focus,& gravis æris aluta.
Quisquis es intacto noli te credere caſto.
Dixerat: En IUNO, qui ſic contenditis, infit,
Sola ego placabo lites,& jurgia demam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Sit, Cytherea, tuus : tuus, & Tritonia, ſponſus,
Altera præſideat menti, altera dexter Amori,
Et ſic veſtra habeat certum contentio finem.
O igitur DOSSI, viduam complectere ſponſam,
Conſilio Divum, & jugi dulcedine vitæ
Non ſine vagitu Cumæum tranſige ſeclum.

# NVPTIIS EOBALDI BRVMMERI I. U. D. ET MARGARITÆ MYLIÆ.

IMmenſum decus eſt genitorū nobile ſtemma,
Magnificūq́; genus patrū: ſed adorea major,
Si quis ſe dominæ rivo virtutis inauret,
Marte ſuo, & parto latè ſcintillet honore:
Major adhuc laus eſt, juncto ſi ſemine ſemen,
Non ſpuriam jactet famam, non jactet avitam,
Sed patria & propria ſeſe virtute perennet,
Parturiatq́; ſibi longinquo nomine vitam.
Sic de te BRUMMERE loquar, qui Conſule patre,
Ac tali, cujus Reſpublica noſtra ſeneſcens
Multùm ſenſit opem, non tantùm es natus, at ipſe
Dum vera graſſare via ad Divæ arva Themiſtos,
Doctoris titulum ſumma tibi laude paraſti,
Iamq́; novam ducis nuptam, tibi ſanguinis alti
Aequalem ſplendore, iisdemq́; parentibus ortam.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Quorum nota fides patriæ, virtusq́; probata*
*Heruleis Ducibus, fermè omnem circinat orbem.*
*Nam quis doctrina, calamo, facundia, & vſu*
*Magnificum neſcit* MYLIVM *( qui paginam utramq;*
*Fortunæ expertus dubiæ, velut alter ocellus*
*Principi adhærebat defuncto, illumq́; juvabat*
*Conſiliis ſanis, ut Cancellarius idem*
*Et nunc ſuffulcit nato hujus gnaviter aulam )*
*Sponſæ, ſponſe, tuæ patrem? Quis deniq; neſcit*
*Illam illam Suadam, illud & illud nobile ſidus,*
*Illum animum ac animam, Roſei nervumq; Roſeti,*
*Cycneum, altiloquum, comem doctumq́;* CASELIVM
*Affinem, de queis, reliquis ut & ordine amicis,*
*Parcius hic ſcribam, ne palpum obtrudere dicar*
*Vel fucum petere, Aſt at te, Sponſe, optime ſponſe,*
*Divertar poſtliminio, qui ætatis in ipſo*
*Veſtibulo, ſacro ſacrarum nectare legum,*
*Et legum ambroſia, & doctrina divite clarus.*
*Emerita emeritæ meruiſti præmia palmæ,*
*Verſarisq́; inter Rabbinos, cærea jura*
*Qui nec detorquent, qui nec fora litibus armant,*
*Sed quoſcunq́; proba defendunt lance clientes.*
*Dij faxint ſuperi, ut Spartam ſine pectoris algu*
*Impoſitam exornes, & longum vivere vivas*
*Temporibus canus canis, quos copia latè*
*Conſulat heroum, quos plebs viliſſima honoret,*
*Cives magnificent, vagitu pronuba ditet,*

Pall-

Pallas ſublimet fama, maturaq́; tandem
Hoſpitio excipiat læti vindemia cæli.
Vin aliud? vivas, tecum conjux tua vivat,
Sic tamen ut lecto exſulet inteſtina procella,
Carnificesq́; tori curæ, Pax aurea regnet,
Qua ſine vel minima, aut præſens provincia nulla eſt.

## NVPTIIS MAG: IOACHIMI VVESTPHALI, ET REGINÆ BANSOVIÆ.

DVm vigil ex viridi caſtæ Tritonidos antro
Omnigenas Sophiæ rimatur VVESTPHALVS artes:
Non illum Paphius protectum Gorgone ahenus
More ſuo torret, ſtringitq́; reciproca flamma.
Hoc noſcens cypris puerum furtiva ſubornat,
Qui ſubitò alta minans laſcivum circinat arcum,
Intentaq́; viro fruſtrà: nam miſſile telum
Cum domino in volucres Pallas diverberat auras.
Ille refugit, matriq́; refert ſua ſpicula nervi,
Queis ſimilem patitur genetrix exinde repulſam:
At Diva, ut vidit ſeſe quoq; temnier armis,
Vindictam eructat celerem, & non Marte ſed arte,
Non vi ſed technis, vincendus VVeſtphalus inſit,
Inſit & hunc verſo compellat ſubdola vultu.
Eſt mihi, quem cernis, Præceptor candide natus,
Quem Latias cupio linguas arteſq́; doceri,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Si vacat ergo tibi, dignum lucrare minerval.*
*Annuit ille, ratus vetulam preciumq́; requirit,*
*Protinus emiſſo jaculo, Puer, accipe, clamat.*
*( Qui mea credebas gratis tibi tela parari )*
*Præmia digna, virumq́; occulto vulnerat ictu,*
*Quem non herba potens, non cœlum, aliiq́; liquores,*
*Sed caſtæ ſolùm ſanabit virginis ardor.*
*Quarè Reginam, quam dat Venus optuma ſponſam*
*Sponſe cape, & crudo rurſum medicare dolori,*
*Illa tua eſt, & te ſolùm ſuſpirat hiatq́;,*
*Et Regina tuo gaudet ſe ſubdere ſceptro.*
*Tu quoq; ſponſa novo compreſſis plurima labris*
*Baſia da ſponſo, vulnusq́; levamine mulce.*
*Sic ſeros nobis canos, tædæq́; tenorem,*
*Extentumq́; dabit placatus Iupiter ævum,*
*Et tandem faciet multis diteſcere cunis.*

## NVPTIIS PAPENDICI COSSII ET ANNÆ PAVLLÆ.

*QVod tibi Leucoream ſum pactus ad Albidi urbem,*
*Cùm viſum Auſonios peterem felicibus orſi*
*Ipſa ruinoſæ rediviva cadavera Romæ :*
*PAPENDICE joco, nunc nunc demum evenit, ecce*
*Virgine Leucorea ſpreta, ſpreta Philyræa,*
*Balthicam amas Nymphen, cui de Iove nata virago*
*Aequalem propriæ ſpeciem, Cythereaq́; formam*

Indid-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Indidit, & raros generoſa modeſtia mores.
Præ reliquis multis: patria hic vbi concubat axi
Mœnalio Rhodos, & Varni bibit alta fluenta:
Balthicam amasy Nmphen, quæ te redamando, novello
Se ſubdi gaudet ſponſo, tecumq́; jugali
In flore ætate vinciri compede gliſcit.
Quid ceſſas bone ſponſe tuis invadere flammis
Sponſam conceſſis? quid quid nova gaudia differs?
Quid ceſſas bona ſponſa tuum recreare maritum
Baſiolis? quid, quid corpus conjungere differs?
Serpite in amplexus, intactas ſoluite zonas
Primitias Veneri, ut poſt ter tria cornua lunæ.
Is pater. & genitrix poſſis tu nupta vocari.
Dÿ vobis ſuperi venturæ commoda tædæ
Et vim præſtabunt, dÿ firmo glutine veſtros
Nodabunt animos, fauſtumq́; dabunt Hymenæa,
Dÿ crebras gazas, natumq́; crepundia multa,
Et plures tandem facient vos condere ſoles:
Si comes ad fuerit pax vera, eademq́; voluntas,
Et corpus complexu unum & duo pectora in una
Conſolidata fide ſed quod jam ſæpius u ſi
Dum locus & licitum ſnavi indulgete juventæ,
Hæc medicina mea eſt, hic veſtri fomes amoris.

# PETRI LINDEBERGI ROSTOCHIENSIS.

## *SEVNDÆ PARTIS*

## LIBER SECUNDUS CONTINENS

### EPITHALAMIA.

### NVPTIIS HENRICI RAMELII, Regis Danorum Cancellarij magnifici, & ABELIS Rantzouiæ.

H enrice Aonidum Baſis, Et fLos nobilis inte R
E ximio S regni procere S, quis non tibi fauſt A
N uptæq; exo P tet? P rece quis non ſupplice nume N,
R epleat ut veſtras con C O R dia cœlica mente S,
I nvocet? ac a N imo N on monſtret gaudia tot O.
C hriſte paren S rerum, fac po S ſint exſule luct V
V nan I mes ſupereſſe d I u, factiq; marit I
S upplere innumeRò rAMis fELIcibVS arv A.

*Hoc precor, hoc quæſo, juſtis Deus annue votis.*

TET-

# TETPAΣTIXON

## CONTINENS CVM EPOCHÆ Chriſtianæ, & mundi conditi annum, tùm menſem, diem & locum contracti matrimonij.

*ALtera LVX FebrVO Phœbæo aCCeſſerat ortV,* *Anno Chriſti 1588.*
*Sponſa VbI RaMeLIo ConſoCIata noVa. (MerCe* *Febr: 2.*
*HoLſatIæ ante aLIas, FLensbVrgVM aMpLIßIMa* *Anno mundi 5551.*
*EXerIt hIC qVà ſVVM, ſorte faVente, CapVt.* *Flensburgi.*

## NVPTIIS MARTINI PLECII, ECCLESIASTÆ AVLICI HADERSLEBIENSIS.

*HActenus Aönidum divino percitus œſtro*
*Perpete rexiſti ſedulitate SCHOLAM.*
*Nunc SCHOLA, vir præſtans, ſuperadditur ALTERA, RECTOR*
*Quam ſimili gnavus ſedulitate regas.*
*Quæ? quæris: pollens formæ, morumq́; puella,*
*Et pietatis amans, & probitate nitens.*
*Poſt hanc, natorum grandis, SCHOLA TERTIA, cœtus*
*Et domus eſt Domino tota regenda tibi.*
*Ut ſic muneribus felix, doniſq́; beatus*
*Imperij Rector triplcis eſſe queas.*

*Iamq; Schola Rex es, jam pulcra conjuge conjunx*
*Red Genitor natis, cûm pia fata dabunt.*
*Fata dabunt: fulcri, licita ſi lege, puellum*
*Gnaviter inſtitues erudiesq; novum.*
*Ne cum diſcipulo dicaris inerte Magiſter,*
*Dignus ſupplicium qui capitale luat.*
*Fata dabunt: binis ſi ſit ſpirabile numen,*
*Cum genitore Deus, cum genitoq; Deus,*
*Et comes integritas, & ſit concordia præſto,*
*Iunctaq; ſimplicitas, ſimplicitate fides.*
*Quæ quoniam vobis adſunt, rata gaudia gaude.*
*Regno, Sponſe, tuo: Sponſa, decore tuo.*
*Unanimesq; diu Nelidæ vivite vitam,*
*Noctes lucidulas & ſine nube dies,*

## ALIVD.

*VEni creator ſiderum,*
*Veni voluptas conjugum,*
*Firma jugale vinculum,*
*Firma jugale gaudium.*
*Ut recreent ſe dulcibus*
*Sponſi novi cubilibus,*
*Et ſe relaxent ſuavibus*
*Sponſi novi complexibus.*
*Ut ſic volens nolens idem*
*Amet maritus conjugem,*

*Conjun*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Conjux maritum præſidem,*
*Ad uſq; poſtremum diem.*
*Ut germinent tenellulos*
*Caſto calore liberos,*
*Donat Deus tot Angelos,*
*Quot patribus dat filios.*
*Quare, decus concordiæ,*
*O Sponſe prudentiſſime,*
*Amabili cum virgine,*
*Vitam beatus tranſige.*
*Et vera tu concordia,*
*O Sponſa prudentiſſima,*
*Iuncto marito ſæcula*
*Longæva, felix, ducito.*
*Hoc, cum venire non queam,*
*Muſam precor per Balthicam,*
*Vobisq; mitto Regiam,*
*In Cherſoneſum Cimbricam.*

# NUPTIIS CHRISTOPHORI WENDINI J. U. D.

*O quàm ſuave, quàm pudicum, quàm bonum,*
*Amare amabilem, urere applicabilem,*
*Amore amabili, igne delectabili,*
*Divinitus ſolùm dicatam conjugem.*
*O quàm ſuave, quàm pudicum, quàm bonum,*
*Suavio bellatulo, belliſſimo,*

*Suaviari*

*Suaviari caſtius dulciſsimam,*
*Et baſiare dulcius caſtiſsmam,*
*Divinitus ſolùm dicatam conjugem.*
*Divinitus ſolùm dicatam conjugem*
*Amare, ducere, urere, amplexarier,*
*Res eſt honeſta, res gravis, res cœlica,*
*Deo probata, grata, tradita, edita,*
*A primulis primi orbis incunabulis.*
*Quarè facis rectè vir ô clariſsime.*
*Rectè facis vir optime & doctiſsme,*
*Qui vinula, venuſtula cum conjuge*
*Lautam cupis provinciam conſcendere.*
*Provinciam ajo, quam datam divinitus,*
*Libitu tuo & licitu, novus potiſsimum*
*Tu prætor exercebis abſq; crimine.*
*Sic, ut tibi lucrari amorum germina,*
*Reipublicæ templiq́; ſuſtentacula,*
*Et civitati cœlicæ pulcerrimam*
*Offerre poſsis ultimò vindemiam.*
*Quod ut queas præſtare tantò certiùs*
*VVENDINE, longùm vive cum BVNSOVIO*
*Socero pÿſsimo, viro clariſsimo,*
*Operamq́; multùm dans libris & liberis,*
*Amato amabilem, urito applicabilem,*
*Amore amabili, igne delectabili,*
*Divinitus tibi dicatam conjugem.*

## NVPTIIS BARTOLDI KICHLERI, I. U. D.

*CHara magisne tibi eſt Pallas Tritonia? chara*
*Vel mage Sponſa? mihi dulcis amice refer.*
*Quid cunctare diu? tu ſi dubitas, ego dicam,*
*Pallas chara tibi eſt, ſponſaq́; chara tibi.*
*Utraq; chara æquè, tuq́; æquè es charus utriq́;,*
*Hæc atq; illa tuis charior eſt oculis.*
*Quin & totus in hac vivis, ceu totus in illa,*
*Utraq; amore pari eſt una eademq́; tibi.*
*Quarè age, da Sponſæ, SPONSE, & da baſia Divæ,*
*Utraq; ſic rurſum baſia mille dabit.*

## NVPTIIS IACOBI HEINII, I. V. L.

*NIl eſt juvenco ſuavius, nil dulcius,*
*Quàm ſuaviari baſio ſuaviſſimo,*
*Et baſiare ſuavio dulciſſimo,*
*Pudicius tenellulam puellulam.*
*Nil eſt puellæ dulcius, nil ſuavius,*
*Quàm baſiare baſio caſtiſſimo,*
*Et oſculari ſuavio blandiſſimo,*
*Pudicius peroptimum juvenculum.*
*Peroptimum juvenculum juvenculam*
*Amare amabilem, urere amplexabilem,*
*Res eſt Dijs cœleſtibus gratiſſima,*
*Modò ſubſequatur conjugalis copula.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

*Et bellulam puellulam juvenculum*
*Amare rurſum caſtiùs dulciſsimum,*
*Et ſuaviari dulciùs caſtiſsimum,*
*Res eſt honeſtis omnibus gratiſsima,*
*Modò legitima thori ſequantur vincula.*
*Si res Dijs & hominibus gratiſsima,*
*Quando invicem ſeſe futuri conjuges*
*Colunt, amant, exoſculantur, diligunt,*
*Quid vos boni ſponſi diu moramini?*
*Tu* SPONSE *ſponſam vinulam, venuſtulam,*
*Suaviabilem trecentis oſculis,*
*Et applicabilem lacertis obviis,*
*In oſculatione, preſsiuncula,*
*Ut conjugem decet excipere prior excipe.*
*Et tu viciſsim* SPONSA *ſponſum candidum.*
*Illam tui vultus pudici pupulam,*
*Illam tui cordis pudici flammulam,*
*Illud refrigerium tuum, illud corculum,*
*Caſto oſculo, redoſtiente ſuavio,*
*Ut eſt maritum moris excipere, excipe.*
*Iterate Sponſi baſia, iterate oſcula,*
*Et, dum licet libetq; ludere, ludite.*
*Iterate Sponſi baſia, iterate oſcula,*
*Novasq; amoris gemmulas protudite*
*Eſtote fortes, militate ſtrenuè,*
*Eſtote concordes, beatè vivite.*
*Sic qui dedit multa, dabit etiam plurima.*

NVP-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# NVPTIIS M. SAMVELIS CRVGERI.

## Sponſus, Echo.

GArrula quæ tumidis reboas in vallibus
ECHO,
Me quando ſponſum dic fore reris? E. eris.
O res grata mihi, ſed quæ pro conjuge conjux
Ducenda eſt, totus qui maleſanus? E. anus.
Hanc nolo quamvis maleſanus amore, dolorem
Et videar triſtis multiplicare? E. care.
Ducam igitur pulcram pulcra pro conjuge nympham,
Et facie & vultu eſt quæ generoſa? E. roſa.
Quæ mecum poterit perducere molliter ævum,
Atq; operi patiens invigilare? E lare.
Quid cupidam cupidis ſponſam circumdare ceſſo
Ulnis connubia hæc cum tibi grata? E. rata.
Grataq; ſint Veneri, & Veneris cum Pallade proli,
Ardentiq; mihi ſint quoq; grata? E rata
Ergo agè jungemus, dulciſſima ſponſa, jugali
Vinclo, noſtra ſtatim pectora fida? E. fide.
Tu meus ardor eris ſemper, mea vita, meum cor,
Solaq; præ reliquis dulce levamen E. amen,
Interea longùm ſalve reſonabilis Echo,
Quærere non etenim plura juvabit. E. abit.

Finis Epithalamiorum.

PETRI

# PETRI LINDEBERG ROSTOCHIENSIS;

## *SECUNDÆ PARTIS* LIBER TERTIUS CONTINENS EPITAPHIA.

### SIXTO V, ET URBANO VII Pontificibus Romanis.

*Pontificu͂ properata volunt quid funera bin*
*Vult certè his aliquid ſignificare* DEV
*Vix magnæ matri* SIXTUS *ſua tradidit oſſ*
*Mox eſt* URBANUS *contumulatus hum*
*Ille ubi compléſſet clarus diademate luſtrum,*
*Hic ubi regnaſſet quinq́; novemq́; dies.*
*Vera loquar, veniam da Lector vera fatenti,*
*Non odium, ut dicam, nec facit illud amor* (vitam,
Si mihi tam ſubitò mors vellet demer
Eſſem qui nunc ſum, non cupere͂eſſ
*Vos, ô Cardinei Patres, hinc diſcite, quid ſit* (Papa
*Pontificis ſummi, & totius orbis honor.*
*Orbis honor vanus planè eſt, atq́; omnia vana,*
*Omnibus aſt vanis vanior unus homo.*

## MAHOMETI PERSARUM REGI.

P Erſarum moritur Rex invictiſſimus eheu,
Infenſum nomen cui MAHOMETIS erat.
Almaq́; cui debet ſummas Germania grates,
A Turcis fuerit tuta quòd ipſa feris
Quorum vim rabiemq́; ſuâ virtute repreſſit,
Intereà pacem Chriſticolisq́; dedit.
Sed quid! non ideò male ſunt majora timenda,
Chriſtus, qui poſthac nos tueatur, adeſt.

## FRIDERICO II. DANORUM REGI.

F Ractum obijt fato noſtrum decus illud, & illu D
I ngens Teutoniæ fulc R um, cum terduo luſtr A
Dempto anni ſpacio veluti v E nerabile nume N
Regna ſalutifero ſua R EXER at undiq; ſceptr O
Interea miſeri hac miſ E ra qui valle tenemu R
C urarum , vario R eplemus ſidera fletu S
u ſq; malis certam ſtatuent ſacra numina meta M



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

## ÆNIGMA CONTINENS ANNUM OBITUS EJUSDEM, videlicet 1588.

6. *Quot Deus explevit cœlum terramq; diebu*
930. *Anni quot vixit tempora primus Adam*
600. *Quotperiere rubra currus Pharaonis in und*
12. *Quot genuit Iacob pignora maſcla thor*
10. *Quot Sinai Dominus leges in vertice ſanxit,*
30. *Quot Simſon rigido perdidit enſe viros.*
*Annos in numerum tot collige Lector, habebis*
*Quo mortem, Danus Rex, FRIDERICUS obit.*

## EIDEM FRIDERICO II.

*Poſt ter quingentos Chriſti trigeſimus annus*
*QUARTUS erat, lucem cùm FRIDErice sub*
*Anni menſis item QUARTUS, QUARTA hora, dies*
*Cum mortem rurſus funere raptus obis.*
*Luſtra decem vitæ cum QUATUOR exigis annis,*
*QUATUOR & natas pignora amoris habes.*
*Relinquis patriæ Natum cognomine QUARTUM,*
*QUATUOR & proceres qui ſua regna regant.*
*QVATVOR olim te populi pro Rege colebant,*
*QVATVOR & contrà pro Domino atq; Duce.*
*QVATVOR, at ſt! Nam longum eſt ſi dicere pergam*
*QVATVOR & QVARTIS omen ineſſe reor.*

ADOL

# ADOLPHO ET FRIDERICO
## Holſatiæ Ducibus.

*QVis jacet in tumulo? Princeps cum principe. Princeps?*
*Ergo duo? ah duo. Qui? Filius atq; pater.*
*Quis pater? Holſatiæ Dux divus* ADOLPHVS. *At ille?*
*Ah Dux* FRIDERICVS *mortuus ante diem.*
*Felices ambo quorum poſt ultima fata*
*Corpora juncta ſolo, mens generoſa polo.*

# GOTHARDO CURLANDIÆ ET SEMIGALLIÆ DUCI.
## Hoſpes. Genius.

*H. Quis ſitus hic? G. Heros patriæ cariſſimus. H. Heros:*
*G. Sic, patriæq; pater. H. Quæſo quis ille? refer.*
*G.* GOTTARDVS, *generoſa tuus Curlandia princeps,*
*Spes inopum, generis ſol, Charitumq; jubar.*
*Qui virtute fideq; ſua, ac illuſtribus auſis,*
*Emeruit primi nomina clara Ducis.*
*Qui patriam à Moſcho defendit, fortiter, ipſum*
*Et ſemper coluit cum pietate Deum,*
*H. Egregiæ dotes: dignus qui viveret ævum,*
*G. vivit mente polo, perpete laude ſolo.*

## HENRICO PRINCIPI CONDÆO.

RElliqui patriam, mundiq; extorris hono[r]
Et propriam antiqua nobilitate dom[um]
Ut te Chriſte Ducem ſequerer, contemp[tis]
amicis,
Et varia graviter preſſus ubiq; cruc[e]
Ob quod dum repe:o natalia rura, venenis
Sublatus cogor fata ſubire miſer.
Et quamvis tumulo nunc ſim compoſitus opaco,
Nec claros cineres alta ſepulcra premant.
Me mea facta tamen, nec non conſtantia firma,
Aequalem magnis Regibus eſſe facit.

## HENRICO GUISIÆ ET LO THARINGIÆ DUCI.

EHeu quam tragico eſt hæc vita ſimillima
ludo,
Cujus principium plurima læta refer[t]
Præproperas medium turbas, triſtiſſima finis,
Teſtis ut HENRICUS GUISIUS eſt locuples.
QuI primùm Galli dictus manus altera Regis,
Poſt titubante fide lethifer hoſtis erat.
Poſtremùm juſſu ejuſdem, per viſcera crudo
Trajecto, gelidæ traditus, enſe, neci.

Sic

Sic varians sortes, ſic verſat Iuppiter urnam:
O felix, qui vult eſſe, quod eſſe poteſt!

## CAROLO AUSTRIÆ ARCHIDUCI.

QVi veteres paßim tumulos ſignataq́ gau-
Videre, Lector, marmora. (des
Hic quoq; ſiſte pedē, præſenti CAROLUS
En Archidux jacet Auſtriæ. (urna
Cætera nō dicam: Si quæris, patria dicet,
Inopes, ſcholæ, atq; Eccleſia.

## CHRISTOPHORO DUCI MEGAPOLITANO, ET EPISCOPO RACEBURGENSI.

HOc recubat tumulo fortis Mega-lepolis heros,
Ore ferens Chriſtum cordeq́, CHRISTOPHORUS.
Plurima qui toto perpeſſus tempore vitæ,
Semper & invicto pectore cuncta tulit.
Conjuge qui celebris gemina, de ſtemmate Regum,
Dania magna, tuo: Suecia magna, tuo.
Qui dium patriæ columen, pietatis aſylum,
Martis & artis amor, Martis & artis honor.

*Virtutiſq́; fuit fulcrum, quibus omnibus unus*
*Demeruitq́; ſolum, demeruitq́; polum.*
*Sed nihil ad mortem hæc, quæ non ſperata doloſè*
*Magnanimo rupit ſtamina firma Duci.*
„ *Quarè agè, qui legis hoc carmen lugubre, Viator,*
„ *Te ſimili caſu mox moriture para.*
„ *Et nunc, dum potes & licitum, benè vivere diſce,*
„ *Non cras, cras ſerùm eſt vivere, vive hodie.*
„ *Quando etenim, neſcis, Minos tibi promet ab urna*
„ *Sortem, & quid præſens vel feret hora ſequens.*
„ *Felix qui Domino, dum vivit, vivere novit,*
*Et Domino, approperant cùm pia fata, mori.*

## LUDOICO COMITI AB EBERſtein, & Rectori Academiæ Francfordianæ.

*SIc LUDOICE Comes dulcis te vita relinqu*
*Dū Viadri infelix flumine membra lav*
*Gloria Muſarum fueras non parva, gereb*
*Et Franfordiacæ ſceptra decora ſchol*
*Cingite nunc corpus lugubri veſte parentes,*
*Et multo veſtras fonte rigate genas.*
*Sed tamen in luctu lacrymis imponite finem,*
*Et vitæ ſobolis, ſpe relevate, necem.*
*Namq́; pij, fato quamvis mergantur acerbo,*
*Non tenebras, cœli ſed ſacra regna petunt.*

MA

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# MARIÆ, CAROLI SUECIÆ UXORI

*Feminei exemplum ſexus laudabile, & inter*
*Multùm laudatas gloria prima nurus.*
*Quam pietas, quam ſancta fides quam gratia*
*morum,*
*Largaq; quam celebrem fecit ubiq; manus.*
*Patria ſenſiſti, ſenſiſti Suecica tellus,*
*Cui gravis haud Domina, aſt altera mater erat.*
*Roma ſuos patriæ patres Mavortia jactat:*
*Quam, patriæ matrèm, Suecia, jactet, habet.*

# PHILIPPO COMITI AB HANOW.

*QVem pietas candor, virtus, conſtantia,*
*nomen? (neranda toga.*
*Mens memoranda ſago, mens vene-*
*Intemerata fides, vita integra, puraq;*
*fama,*
*Excelſa excelſi vexit ad aſtra poli.*
*Hoc tribuere ſui monumentum triſte* PHILIPPO,
*Cùm ſua clauſiſſet lumina ſancta nece.*
*Reddere plura quidem Comitis pia facta jubebant,*
*Plura aſt qui poſſit reddere, nullus adeſt.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

## ALBERTO BARONI AB HEIDECK.

COrporis hoc poſui ALRERTUS fragment
ſepulcro,
Spiritus in cœlum, venerat unde redi
Quod potui feci, licuit dum vivere vixi,
Non ſine corde pius, non ſine ment
Hic quicunq; igitur tranſis, dic pace quieſcant (bon
Ut mea ad extremum molliter oſſa diem.

## FRIDERICO PREINERS BARONI AUSTRIACO.

MAtris amor, columen patris, ſolamē amic
Spes patriæ, & generis fama futura ſu
Proh dolor ante diem gemebūda morte per
emptus,
Hoc ipſo poſuit frigida membra loco.
Si numeres annos cecidit florente juventa,
Si videas mores, ingeniumq́;, ſenex.

## CASPARO GANSIO BARONI POTELISTANO.

HIc ego CASPARUS GANSORUM ſtemmat
cretus,
Poſt mea, carnis onus, fata recōdo, Bar
Omnia

Omnia mors tollit, nulla eſt res invia morti,
Subjicitur fatis quicquid in orbe viget.
Ne mirare igitur, Lector chariſsime, technis
Quod mihi non parcat Parca maligna ſuis.

## IOANNI DE TRAUTSON BARONI AVSTRIACO.

QVid hoſpes adſtas? conditorium vides
IOANNIS ab TRAVTSON, viri notiſsimi,
Aulæ Magiſter quit trium ordine Cæſarum,
Simulq; Conſiliarius fuit intimus,
Qui patriæ ſummum decus, bonis bonus,
Terror malis, Muſisq; portus unicus.
Nil ſcire refert amplius. ſi vis, abi.

## LAMPERTO DISTELMEIERO MARCHIÆ CANCELLARIO.

QVi patriam auxilio: re templa: laboribus aulam:
Aere ſcholas fulſi: conſiliisq; Duces.
Hac ego LAMPERTVS DISTELMEIERVS in urna,
Oblitus terris poſt mea fata cubo.
Quid dico oblitus? Non ſum, mea gloria vivit,
Et defunctus ego vivo, renaſcor item.
In nato, veluti Phœnix reparabilis, ipſo,
Qui facie ut ſimilis, ſic quoq; mente, mihi eſt.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## IACOBO CUJACIO J. C.

ANtiſtes Themidos, lumen venerabile legum,
Clara lucerna fori, Muſici Apollo chori.
Finijt humani ſpacium CUJACIUS ævi,
Hancq́ue ſibi elegit, qua tegeretur humum.
Mirum: cujus erat nimis arctus laudibus orbis,
Tàm ſtricto poßit qui recubare loco.

## FRANCISCO HOTOMANNO J. C.

AEdificent alij puro de marmore buſtum,
Oſtensans pulcris ſtemmata avita typis.
Nugæ: Longò etenim rareſcunt tempore buſta,
Vanaq́ue ea eſt prorſus gloria, vanus honor.
Qui lepidis triplicem ſcriptis illuminat orbem,
Rurſum inter vivos, mortuus, orbe viget.
Officit haud igitur FRANCISCE HOTOMANNE (ſepulcrum)
Quòd tua tàm parvum conſpicua oſſa tegat.
Sint ſatis ad laudem hæc: hic dormit Bartolus ipſe,
Qui licet eſſe nequit, re tamen alter erit.

## IOANNI POSSELIO SENIORI.

POSSELIUM Phœbus defunctum à morte repoſcens,
Multa minans retulit, redde age, redde meum.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Non ideo inſtitui tot tot virtutibus ipſum,*
*Ut raperes technis mors truculenta tuis.*
*Cui mors, non rapui, ſed eum Deus intulit aſtris,*
*Aſpice, non cubat hic, ejus at exuviæ.*
*Quæ mundi immundi cùm machina corruet omnis,*
*Surgent, interea dic mihi, quid rapui?*

## IOANNI BROKERO CONSULI ROSTOCHIENSI.

*NOn Colchis tibi, nec pollens Ophiuſa venenis,*
*Unquam,* IAN CONSUL, *lucem invidere, ſed ah me*
*De tribus una ſoror Parcis invidit, & ipſa*
*Perſephone tua vitai ſilicia rupit.*
*O duræ! ô celeres! ô, qui benè dicere poſſum.*
*Cùm tantos Herôas, cornua ſumma tenentes,*
*Totq́ue viros crudo mergatis funere claros.*
*Telum inhibete, ipſa eſt ipſa eſt victoria veſtra.*
*Nulla ſalus vobis, Fugiam te poſcimus omnes.*
*En alius moritur conſul: quid vana propino?*
*Mortuus eſt, ſimul ergo duo? ah duo: lumine eodem?*
*Vno ipſis equidem tribuit Libithina feretrum,*
*Non tamen hoc uno tribuit Libithina ſepulchrum,*
*Ambobus nimiùm ſævæ, tria fulmina, Divæ*
*Præproperè fractis ruperunt ſtamina filis.*
*Nunc igitur gemitu mea mens tabeſcit amaro,*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Nam ſummus BROKERUS erat mi antiſtes amicũm,
Isq́; parens genitore exſtincto, ipſiusq́; patronus,
Charior isq́; oculis ac vita, quid modò dicam,
Plura vetant fari lacrymæ, magniq́; dolores,
Harpocratesq́; manu taciturna ſilentia ſuadet.
Quare hæc, o Conſul, ſummo quæ numina planctu,
Reddo, plura tibi nequeam cum reddere ſat ſint,

# BALTHASARO GULEN CONSULI ROST.

NOndum Morta tua eſt, nondum ſatiata libido,
Parce precor, ſatis hanc viduaſti patribus
urbem
Innumero numero, nimiumq́; immittis Athenas
Cecropiæ Roſeas, parce, ó duriſſima, parce.
Quid ſocias conclamas & clamoribus urbem
Incendis totam? quid vult ſibi callida Colchis,
Telegonive parens magica, & furialis Erynnis?
Credo equidem unanimes has noſtro conſuli amaram
Intentare necem, nec me præſagia fallunt.
Atropos en primùm mutilat ſilicia, Circe
Eumenidum ſpumas adſert & virus Echidnæ.
His ranæ ova, his furtivas hecateïdos herbas
Et nigrum ſcelerata bitumen Phaſias addit,
Cum quibus adjecto cantu, magicoq́; veneno
Conſulis abrumpunt & fila virentia frangunt.

Ergon

Ergonè ante diem occumbis chariſsime CONSUL,
Qui Pylij dignus vita, qui Troica dignus
Sæcula, Cumæiq́; abſumere pulveris annos.
Quem fletu gemituq́; & luctiſono ululatu
Grandævi lugent patres, Roſeiq́; Lycei
Mœſta cohors civesq́; patrem, Muſæq́; patronum.
Ipſaq́; Cecropia exodium cubitaleq́; tempus
Inſpiciens vitæ, Circi mala multa precatur,
At tibi perpetuam ſublimi carmine famam.

## HENRICO GLADOVIO I. C. ET SENATORI ROST:

SIccine proh nimium celeres, tria fulmina,
Præda vultis ali divite perpetuò! (Parcæ,
Siccine vultis ali, nec adhuc compeſcitis iras,
Nonne ſat eſt doctos abripuiſſe viros?
Quid quæſo illorum dirumpere ſtamina prodeſt,
Injuſtoq́; omnes ordine decoquere?
Ecce jacet, jacet ecce, dolor, GLADOVIUS, heic, quem
Cernere noſtra quater Curia non potuit.
Is nunc ecce jacet, clarus gravitate, fideq́;,
Dignus erat plebis, dignus amore patrum.
Qui decus eximium patriæ, qui nobile lumen
Virtutumq́; fuit fortium abunda domus.
Gloria viva patrum, decus indelebile Varni,
Gloria viva manet, ſtat ſine morte decus.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Stat pietas, candorq́ eius, memorandaq́ virtus,*
*Is per te ſolùm præſcia Morta jacet.*
*Sed quoniam ſatis hanc viduaſtis patribus urbem,*
*Præcipuumq́ viris cum pietate ſcholam.*
*Parcite nunc Parcæ, mors & tu præcoqua parce,*
*Mactaſti multos, parce igitur reliquis.*

## GEORGIO SUARTZIO, PATRI-cio Sundenſi, & juveni optimo.

*Hei quantum omnivoris tenebreſcunt pector[a]*
*curis,*
*Hei quantum excita fluctuor in lacrym[as]*
*Qui nuper veteri ſum exautoratus Achate,*
*Crimine, Apollo, tuo, cuſpide, Morta, tuo.*
*Et nimis, exſtincto, properè viduatus amico,*
*Emeritum meriti funeris ante rogum.*
*Quis, quis is? alter ego eſt, ſi neſcis, SVARTZIVS, is q[ui]*
*Clarus, dis, felix, ſanguine, ſorte, loco.*
*Qui mecum veteres vigil exercebat opellas,*
*Nomine mendaci, candidiore fide.*
*Seq́ animabat in hoc, Muſarum rore, Röſeto,*
*Gnaviter artifluis invigilando libris.*
" *Nunc cadit ut viridi moriens hyacinthus in agro,*
" *Pulcrùm mane rubens, veſpere triſte jacens.*
" *Vt gravido imbre tumens, momento bulla liqueſcit,*
" *Et rapidum rapido flumine flumen abit.*

Vt ſonus & ſomnus, fumiq; cita effugit umbra,
    Et teritur Veneti ſplendida maſſa vitri.
O vitam fragilem, ó volucrem pernicibus alis,
    Ah hominum, ah hominum quàm malè vita ſtata eſt,
Sed tu, quem ſacra habet cœli vindemia SVARTZI
    Quanquam non egeas, hoc medicamen habe.
Quod memor vſq; tui fuerim, fuerôq; futurus,
    Brumæ præſentis dum freta vivus aro.
Vin plura ? haud credo, reditum nam Parca recuſat.
    Nec remeare licet, nec libet, ergo vale.
Et cape cordi ſati feralia pignora amoris,
    Quæq; tibi præſto munia, præſto libens,

# PETRI LINDEBERGI ROSTOCHIENSIS.

## SECUNDÆ PARTIS LIBER QUARTUS CONTINENS EPITAPHIA RANZOUIANA.

### THEODORICO RANZOUIO HENRICI VICARII FILIO.

*Tu quod es, ipſe fui: quid nunc ſim, cernere promptum eſt,*
*Omne ſed id quod ſum, tu quoq; Lector, eris.*
*Vixi, non vivo: imò Chriſti ſanguine vivo,*
*Dum fidi vivus ſalvificante fide.*
*Enthea pars cœlo ceſſit, pars oſſea terræ,*
*Ne, qualis fuerim quære futurus eram,*
*Si tamen acceſſit tibi tanta cupido ſciendi,*
*Dicam: ætate puer, mente ſagace ſenex,*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## FRIDERICO RANZOVIO, HENRICI VICARII FILIO.

### Parens Filio.

DIſpenſante Deo, quæ fiunt, omnia fiunt,
Hic bene agit, quod agit, ſeu grave, ſeu leve ſit.
Hic mihi te Natum dedit, hic te rurſus ademit,
Patre dolente procul, matre gemente procul,
Et procul à patria terra, noſtrisq; ſepulcris,
Quæ mihi jamdudum, quæ tibi condideram. (eſt,
Sed benè habet, patria omne ſolum, & verißima cœlum
In quo te vivum Nate videbo iterum,
Cùm mihi te reddet qui te mihi ademit IESVS,
Et veniet ſummo turbine ſumma dies.
Interea has lacrymas, & quæ tibi juſta parento
Nolens atq; volens, ſigna doloris, habe.
Vin mage? Nolo pater. Qui fili? Fata recuſant,
Nec libet. Ah liceat, non licet. Ergo vale.

### TETRASTICHON CONTINENS EJUSDEM FRIDERICI NATALIS annum, menſem, diem, horam & locum.

LVX OCtobrIs VbI ter Dena aC Vna repVLſa, Et qVInta oCCIDVI veſperIs hora venit.

Natus eſt Anno 1555. Menſe Octobri, Die 31. hora 5. Segebergæ, Fridericus.

*Vitales capio Segebergæ luminis auras,*
*Nomen & annexum Pacis, Honoris, Opum.*

## ALIUD CONTINENS EJUSDEM annum ætatis, annum obitus, menſem & diem.

*Mortuus Anno ætatis 30. Anno Christi 1587. Menſe Decembri, Die nona.*

*EHeV ter qVInæ eLapsIs DIeter Dos annIs,*
*ObſCVræ Cogor ſVCCVbVIſſe neCI.*
*Cùm lux orta foret tenebroſi nona Decembris,*
*Ipſeq́ᵹ Gallorum caſtra ſecutus Eques.*

## CAJO RANZOVIO, HENRICI VICARII FILIO.

*MAgnanimi Herois, Ranzoo ſtemmate creti,*
*Præſens, quem calcas, continet oſſa locus.*
*Cui pater Hēricus, cui clari ſanguinis ortus,*
*Cui nomen CAIO. Cimbriaq́ᵹ eſt patria.*
*Nomine qui Regis Danaûm Legatus abivit*
*Ad Parmæ illuſtrem non ſine honore, Ducem.*
*Quem Princeps Cimber, nunc Præſul IANUS ADOLPHUS*
*Bremenſis, voluit Conſilium eſſe ſuum.*
*Et fidei illius Gottorum tradidit arcem,*
*Qua vix Holſatico puchrior ulla ſolo.*
*Cui ſponſata fuit DIDERICI filia BLOMII,*
*Quæ nunc triſtis habet pro thalamo tumulum.*

Nondum

*Nondum complerat decimam trieterida vitæ,*
*Illum cùm rigidæ mors daret atra neci.*
*Cœlica pars cœlum ſubijt, pars terrea terram,*
*In quam poſt mortem ſummus & imus eunt.*
*Qui legis hoc noſtrum carmen funebre viator,*
*Ut moriare benè, in tempore diſce mori.*

## EIDEM.

*VIncor materia, & citò tu vis ire Viator,*
*Expediam verbis, ne mora longa, tribus.*
*Hac jacet illuſtri CAJUS RANZOVIUS urna,*
*Filius Henrici, cætera noſcis, abi.*

## PARENS FILIO.

*SIccine mi CAI, ô CAI dulciſsime fili,*
*Solvere nunc cogor juſta ſuprema tibi.*
*Siccine mi fili, ô fili chariſsime CAI,*
*Nunc cogor natum te ſepelire pater.*
*Te juvenem ſepelire ſenex, tibi condere buſtum,*
*Vivus & exſtincto pro thalamo tumulum.*
*Qui mihi debueras naturæ lege ſuperſtes*
*Solvere, quæ cineri munia ſolvo tuo.*
*Cui ſextus jam nunc & ſexageſimus annus,*
*Labitur, & vitæ meta peracta ferè eſt.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

In terris contrà, cùm tu fili optime, nondum
Vitæ compleſti bis tria luſtra tuæ.
O præmaturi cineres. ô funera cruda,
O placide liceat mî propereq́ mori.
Sat patriæ & natis, hoc mundi in carcere vixi,
Diſſolvi cupio, cum Deo & eſſe meo,
„ Attamen haud mea, ſed fiat divina voluntas,
„ Cui me trado volens, ſubjicioq́ libens.

## FILIUS PATRI.

AH pater exoſis quid cœlum fletibus imples,
Deſine me nimium, deſine, flere pater.
„ Nemo hominum moritur caſu, neq́ naſcitur ullus,
„ Pendet at à ſolo vitaq́ morsq́ Deo.
„ Quem penes eſt ſolum largiri vivere longum,
„ Quem penes eſt ſolum funera mœſta dare.
Cujus ut ipſe vides, facta eſt immota voluntas,
Cui placuit rigido traderem ut oſſa ſolo.
Ille iterum in vitam me nigra ex morte reducet,
Meq́ meæ matri, reſtituetq́ tibi.
Cùm tuba cœleſtis feriet clangoribus orbem,
Hocq́ triplex mundi flamma reſolvet opus.
Quarè age, chare pater, durum compeſce dolorem,
Teq́ tibi ſerva, dum ſinit ipſe Deus.
Nil mihi ſingultus, lacrymæ nil proficit imber,
Cùm factum infectum reddere nemo queat.

Sufficium

Sufficiunt tumuli, & quam præſtas, patria ſorge,
Abs te nil aliud, mi pater, oro, vale.

## IDÆ RANZOVIÆ HENRICI VICARII NEPTIS.

Charæ matris amor, chari ſpes unica patris,
Oblectamen avi, deliciumq; aviæ.
IDA ego Ranzovij dulciſsima filia Caji,
Trima ſub hoc buſto contumulata tegor.
Noluit ulterius fragilem me vivere vitam
Mortales inter, qui regit aſtra, Deus.
Ne mala, quæ forſan citò ſunt ventura, viderem,
Innumerisve aliis obruer vitiis.
Sed quoniam in toto nihil eſt optabile mundo,
Me voluit ſupera luce domoq; frui.
O nimium felix, cui vere ætatis in ipſo
Conceſſum eſt nitidi regna ſubire poli.

## AVUS NEPTI.

Tu quoq; ſuprema & communis noſtra voluptas,
Ante diem, neptis, ſic mihi rapta jaces?
Quæ me, quæq; aviam, matremq;, patremq; ſolebas
Blandiloquis verbis exhilarare tuis.
Me lepido riſu, lepideq; agnoſcere viſu,
Ac animum ex omni parte levare meum,

O dolor, ô lacrymæ, ô quàm ſunt immitia fata,
    Quàm miſerum humanæ conditionis opus.
Qui media morimur vita, viviq́ cadaver
    Mortis inexpletæ mancipiumq́ ſumus.
Sed mihi quid reſtat? num quod te trimula vidi?
    Matri quod genuit? quod peperitve patri?
Ah non, à Superis majus ſolamen habemus,
    Nempe quod hac poſita cœlica vita manet,
In qua, quamprimùm me terris fata vocabunt,
    Tecum perpetuæ ſabbata pacis agam.
Dij faxint properè & placidè celſa æthera ſcandam,
    Et tua tantiſper molliter oſſa cubent.

## NEPTIS AVO.

NOn opus eſt tanto laſſes pia numina luctu,
    Et mea, ceu facis, hæc fata queraris, Ave
Chara quidem neptis tibi, charaq́ filia patri
    Uſq; fui, at multò charior ipſa Deo.
Vos me mortalem feciſtis vivere vitam,
    Chriſtus at æternam perpetuamq́ dedit.
Vos lacrymas ſaltem, at Chriſtus cum morte cruorem,
    In cruce pendendo fudit amore mei.
Vos vilem à me non potuiſtis pellere morbum,
    At Chriſtus morbum ſuſtulit atq; necem.
Meq́ ex naufragio in portum, patriamq́ reduxit,
    Nullus ubi labor eſt, nullus ubi dolor eſt.

*Hunc meritò ergo ſequor. qui vos quoq; tempore juſto*
*Ducet ad hunc pacis lætitiæq́; locum.*
*Eſte modò unanimes fortunam ad utramq́; parati,*
*Quò benè poßitis, cùm venit hora, mori.*

## GERHARDO RANZOVIO, HENRICI VICARII PATRUELI.

*DUm nimis audacter conſerta dimico dextra,*
*Ah miſerum ante diem funeris, enſe cado.*
*Sic fuit in fatis, ut tali morte perirem,*
*Quis ſcit victorem qualia fata manent.*
*Pœna Dei lenta eſt, vindictaq́; lenta ſupremi,*
*Craſtina non abijt, non hodierna dies.*
*Diſce meo exemplo, quicunq; es, candide Lector,*
*Cum ſocio haud temerè conſeruiſſe manum.*
*In dubio Mars eſt, ſed mors certiſsima ſemper,*
*Nunc hunc, nunc alium funere dura premens.*

## CATHARINÆ RANZOVIÆ, HENRICI VICARII AMITÆ, ET cœnobij Itzehoenſis Abbatiſsiæ.

*QUæ ſterilem duxi totam ſine conjuge vitam,*
*Et colui pura religione Deum.*
*Cœnobijq́; huius per bis duo luſtra fidelis*
*Abbatiſſa fui, hic morte ſoluta cubo.*

*Mens addicta ſacris cœleſtia regna ſubivit,*
*Corpus vicina dulce quieſcit humo.*

## DANIELI RANZOVIO, PETR FILIO, HENRICI VICARII GEN tili & agnato.

*Conditur hac tumba* DANIEL RANZOVI *atra,*
*Quem morti præſtans urbs Patavina ded*
*Patre procul, patriaq; procul, cunctisq; propinquis,*
*Cùm vitæ impleſſet bis duo luſtra ſuæ.*
*Extera dum viſit juvenis, peregrinaq; regna,*
*Muſarumq; inhiat, non ſine laude, bona.*
*Nec tamen iccirco, tumulis privatur avitis,*
*Sed cineres ejus Cimbrica terra tegit.*
*Sic fuit in vatis, dicta ut ſuccumberet urbe,*
*Quis ſcit ubi nos, & qualia fata manent.*

## FRANCISCO AB HALLEN HENRICI R. VICARII Socero.

*En ego qui claro* HALLÆO *ſum ſtemma natus,*
*A nece devictus condor in hoc tumulo.*

Quem

Quem gener HENRICVS generoſo ex marmore nobis,
Præſenti poſuit conſtituitq; loco.
Qui fuerim quondam, te patria terra docebit,
Qui nunc ſim, poſthac, quisquis es hoſpes, eris.
Perpetuò nemo vivit, rapit omnia lethum,
Fluxa obeunt, pereunt lubrica, cuncta cadunt.
Fama leuis, levior fortuna, leviſſima mens eſt,
Hæc longè exſuperat, ſed levia ipſus homo.
Fama brevis, brevior fortuna, breviſſima mens eſt,
Hæc multò excellit, ſed brevia unus homo.
Mobilis eſt ventus, veloxq; volubilis annus,
Gloria noſtra brevis, funda voluta levis.
Mobilior ſed homo eſt, hominis velocior ætas,
Et levior, brevior, vita, necisq; dies.
Marceſcunt ſubitò violæ, citò lilia languent,
Somnus abit, pereunt vitra velatq; ſonus.
Sed citius flacceſcit homo, citiusq; fatiſcit,
Quàm violæ, ſomnus, lilia, vitra, ſonus,

## THEODORICO AB HALLEN H. V. AGNATO.

Cum flagraret acri tellus Dithmarſica bello,
Quæ Dominis ceſſit poſtmodò victa ſuis.
Ipſe mico rigidis hoſti metuendus in armis,
Adducens equitum, Rege jubente, manum.
Sed mors invidit vitam, quam flebilis aufert,
In terra hoſtili præproperè, ante diem.

*Nil moror in medio morior quòd turbine Martis,*
„ *Pro Rege ac Lege & pro Grege, dulce mori eſt.*
„ *Et melius fragilem naturæ reddere vitam,*
„ *Quam ſua ſemineæ tradere terga fugæ.*

## GERHARDO WALSTORPIO Henrici Rantzouij avo materno.

*HOc tumulo præſtans heros cum patre* GERHARDUS,
*Depoſuit moriens corporis oſſa ſui,*
*Qui de* VVALSTORPIUM *traducit ſtemmate cretum*
*Antiqua antiquum nobilitate genus*
„ *Sed nihil ad mortem genus aut inſignia proſunt,*
„ *Nil honor & veterum ſtemmata clara patrum.*
„ *Sola ſolo virtus poſt fata noviſſima durat,*
„ *Et nequit exſtincto corpore ſola mori.*
„ *Omnia depaſcunt non lætum cætera lethum,*
„ *Bellaq́ bella minus, Parcaq́ parca minus.*
„ *Felix qui geminis Virtutem amplectitur ulnis,*
„ *Flagrat amore hujus, flagrat amore Dei.*

## CATHARINÆ ET JOANNÆ Rameliæ, Henrici Ranzoviæ conjugis materteris.

H*æc ego* CHRISTOPHORI A ZEMMERN *cha-riſſima conjux*
*Et mea poſt mortem eſt cara ſepulta ſoror.*

Ni

Nil generis nobis præclari profuit ortus,
  Nil pietas & opes, legitimusq; thorus.
Omnia mors aufert diadema ligonibus æquans, "
  Omnia Parcarum tollit avara manus. "
Diſce hinc, quicunq; es, noſtram qui præteris urnam, "
  Quid ſis, quid fueris, quidve futurus eris. "
Nil aliud mortalis homo eſt, quàm labilis aura, "
  Pulvis, imago, vitrum, flos, cinis, umbra, ſonus. "
Nil aliud fragile hoc corpus, quàm putre cadaver, "
  Et dira illuvies, congeriesve luti. "
Nil aliud vita hæc, quàm ſemita plena malorum, "
  Cumq; dolore labor, cumq; labore dolor. "
At mors, æterna eſt requies, via certa ſalutis, "
  Et torrens vitæ principiumq; novæ. "
Felix qui Domino, cum poßit vivere, vivit,
  Et Domino moritur, cùm venit hora mori.

## MAGDALENÆ RANZOVIÆ, Henrici Vicarij ſorori.

Dum pario, pereo: & dum ſemper pareo Chriſto,
  Nunc ſacra cœlorum regna ſubire paro.

## DIDERICO VOGEL HENRICI Vicarij puero.

"
Diſcito mortalis temerè non temnere Mortem, "
  Mors capiti præſto eſt, cùm quis abeſſe putat.

Diſcito

*Diſcito mortalis temerè non ſpernere Martem,*
*Mars procus eſt mortis, Mors fera Martis amor.*
*Nil citius morte eſt, nil Marte incertius ipſo,*
*Si ſapis ambiguo fidere utriq; cave.*
*Non opus exemplis, exemplum hoc aſpice noſtrum,*
*Ut tali morerer Dij voluere nece.*
*Felix diſsimili vitam qui funere claudit,*
*Non ſine amore Dei, non ſine fine bono.*
*Si finis bonus eſt, bona cuncta fuiſſe putantur,*
*Optimus in terris exitus acta probat.*

Finis partis ſecundæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# PETRI LINDEBERGI ROSTOCHIENSIS.

## TERTIÆ PARTIS ἡδυσμάτων

## LIBER PRIMUS CONTINENS EPIGRAMMATA.

### DE INCONSTANTIA FIDEI.

*Fide parùm, multumq́; vide: Nam ſunt mala bina,*
*Si multùm fidas, ſi videasq́; parum.*
*Fide Deo fidus, mortali fidito cautè,*
*Et benè ante vide cui tribuenda fides.*
*Lubrica namq́; fides ævo hoc, feliciter ergo*
*Fidis, quando fide ne capiare vides.*

### IN QUENDAM ADORANTEM CRUCEM.

*Quid lignum vanus? quid mortua vivus adoras?*
*Non habet abſconſum vilis imago* DEUM.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## RESPONSIO.

NOn lignum vanus, non mortua vivus adoro,
Sed, cujus parva hic pendet imago, DEUM.

## IN HORTULANUM QUENDAM egregium.

QUem, qualem, aut cujus naturæ dixeris eſſe,
Qui, quod non oculis viderit ante, facit.
Qui, quicquid terræ natura noverca negavit,
Id tamen ingenio curat habere ſuo.
Qui pinguem è ſterili, planumq́; è collibus hortum,
Ruderaq́; arte ſua vivere dura facit.
Quem, qualem, aut cujus naturæ dixeris eſſe,
Vin ego dicam? an non artificem artificum.

## IN EFFIGIEM FRIDERICI DAnorum Regis.

TAlis erat Danaum generoſi Regis imago,
Cui nomen junctum eſt: pacis, honoris, op[...]
Luſtris cùm denis jã quatuor adderet ann[...]
Et moriens gelido traderet oſſa ſolo.
Ex vultus habitu Majeſtas regia ſpirat,
Ex oculis virtus ignea, & ore decor.
Cætera non potuit cœlo producere ſculptor,
Entkea enim ſculpi mens animusq́; nequit.

## AD JOANNEM CASELIUM lugentem conjugis obitum.

*FUnera natorum ſemper ſunt triſtia patri,*
*Triſtior at multò conjugis eſt obitus,*
*Cúm tibi utrūq; Deus rapuit perdocte Caſeli,*
*Non diffide, benè hic, quod facit, omne facit.*
*Nec tibi mancipio quicquam dedit, omnia ad uſum,*
*Credita redde igitur debita, redde libens.*

## AD IOACHIMUM HENETUM dedicatio nonnullorum Epigrammatum.

*MUlta tibi præſtans vir debeò, debeo multa,*
*Aſt ego pro multis pignora pauca fero.*
*Pignora pauca fero, quæ nec cum crimine proſtant,*
*Nec potare queunt, nec minimùm eſſe queunt.*
*Sunt etenim ingenij hæc non corporis: Hæc rogo ſume,*
*Prompto, læta, avida, pectore, fronte, manu.*

## AD CASPARUM FABRICIUM, cur Martini die quotannis mactentur anſeres.

*INvito electus MARTINUS Epiſcopus olim,*
*Anſeribus fugiens tecta parata ſubit.*

Elapſa

*Elapſum ſocij ſcrutando loca omnia quærunt,*
*Sed nemo profugum ſcit reperire virum.*
*Accedunt tandem ſtabula hæc, ibi ſitne rogantes?*
*Queis anſer da ta da garrulus ore refert.*
*Atq́ ita repertus Præſul, qui percitus ira*
*Non impunè feres, Proditor, illud, ait.*
*Sed dabis aſſata pœnas mihi carne quotannis*
*Martini quoties lux veneranda redit.*
*Cui, qui me primus fugientem reperit, addet,*
*Ebrius è pleno dulcia muſta cado.*
*Aſcenſére omnes pariter, legemq́ tulere.*
*Qui contra faxit, pocula nulla bibat.*

## AD NICOLAUM LINDEBERGIUM AGNATUM ET PASTOrem Eccleſiæ Suerinenſis.

*E Multis varijsq́, LINDEBERGI,*
*Iamdudum redij domum periclis,*
*Miratusq́ fui ſtatim & frequenter*
*Rumores obitum meum dolentes,*
*Clamores obitum meum gementes;*
*Autores de obitu meo querentes,*
*Quos tandem reditu meo repreſſi,*
*Cœloq́ unanimes favente vici,*
*Nunc vix vix rediens domum procellis,*
*Antiquam Italiam bono viciſſim*

Long

*Longè hinc cum ſocio paro ſubire.*
*Quid miraris amice Lindebergi?*
*Illud qui faciam libens volensq́;*
*Multo conſilio gravis Caſelij.*
*Nil addo: oro tamen, cavebis, oro*
*Ne quod ſcripſi obiter ſtatim recantes.*
*Nolo ille ille loquax ſciat Philippus.*
*Cùm certus fuero: ſcies id unus.*
*Nunc ſum incertus adhuc profectionis.*

## AD M. BERNHARDUM HEDE-ricum, Scholæ Suerinenſis Rectorem.

*EN Hederice palam repeto, quòd ſæpius ante,*
*Ut mihi aperta tua eſt janua amicitiæ.*
*Me tui in æternum memorem, teſtemq́; futurum,*
*Qui, qualis, quantus, ſis, fueris, vel eris.*
*Diſperεam ſi falſa loquar, furcive precabor*
*Aöne ab Aönisin pellier Aönidum.*

## AD RUDOLPHUM FAUST DE appellatione Aulici.

*QUæſitum ſæpe eſt à multis, Aulicus unde*
*Deductum poßit nomen habere ſuum.*
*Nonnulli à Græco cupiunt, quòd ſit* λύκος ἄυ-
*Hoc eſt carnivoris par feritate lupis.* λος,

*Nugæ: vox Latia eſt, & dicitur Aulicus, aulas*
*Regum quòd ſumma ſedulitate colat.*

## IN NASUTULUM QUENDAM.

*NEc mihi tu Dominus, nec ſum tibi Zoile ſervus,*
*Attamen, ut magni te faciam, imperitas,*
*Tun' dignus, qui nec peregrino parcis honori,*
*Nec ſocijs proprijs, magnificisq́ viris.*
*Zoile parce mihi, rurſum tibi nomine parcam,*
*Et quid ſis referam, nempe aſinorum aſinus.*

## IN INSIGNIA NOBILIUM ALEFELDICORUM.

*DElicium eſſe ſolet torquata canicula Regum,*
*Sic Alefeldorum eſt & fuit uſq; domus.*
*Ala ſublimis volitat Iovis armiger ales:*
*Sic ea gens ſemper tendit ad alta viam.*
*Sanguineus belli color eſt, pacis color albus:*
*Sic ea gens bello, paceq́ tota viget.*

## ALIUD IN EADEM.

*PUlvino reſidens torquata canicula ſignat,*
*Hanc gentem ſummis eſſe in honore viris.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Alitis ala Iovis, qua celſa ad ſidera ſcandit,*
*Altè tendentem famam animumq́ notat.*
*Bellum ſanguineus color indicat atq́ pudorem,*
*Albus cor purum donaq́ pacis amat.*
*Quid ſibi vult forma hæc? Alefeldos eſſe celebri*
*Progenie natos, nobiliore ſatos.*

## IN INSIGNIA JOANNIS GEORgij Godelmanni. J. U. D. & Roſt. Profeſsoris.

*Cærulus hic clypei color, appetere æthera cœli,*
*Æs flavum flavus temnere quemq́ monet.*
*Magnanimā autoris mentem leo denotat ardens,*
*Lingua micans Suadam, ſpira plicata fidem,*
*Macte igitur Godelmannne hoc, quo plenius audis*
*Magnus dis, conſtans, mente, lepore, fide.*

## IN EFFIGIEM EJUSDEM.

*ASpicis effigiem, quicunq́ es candide Lector,*
*Docti, facundi, magnanimiq́ viri.*
*Cui nihil fraudis ineſt nil fuci, nilq́ veneni,*
*Sed verus candor, mens pia firma fides.*
*Quale ſit ingenium illius ſcripta aurea dicent,*
*Et facies certis indicat ipſa notis.*

## IN INSIGNIA IANI HEL TIADIS.

HEltiadis clypeo armatus qui cernitur heros.
Martia, bellorum Martis, imago, Dei eſt.
Clava operam, inceſſus animum, ſtellæq; vigorem,
Robur & immenſum cornua bina notant.
Sanguineus belli, color eſt, fuſiq; cruoris,
Lacteolus verò pacis amicus amor.
Quid ſibi vult clypei forma hæc? vitam admonet omnē
Aut thalamo aut tumulo, aut Marte vel arte regi.
Quocirca Heltiadum decus, ut tibi Iane requiras,
Non Martem aſt artem, non tumulum at thalamum.
Sint tibi pennæ opera, & mens prodeſſe, æthraq; robur,
Et Phœbi & Veneris, caſtra pudica, vigor.

## AD DETHLEVUM SYLVIUM unde illud perpetuum Mercatorum erga litteratos odium.

QUondam ubi mercator mendax & doctus Arion,
Ligneo equo patriam Lesbon uterq; petit.
Naufragio ecce perit mercator in æquore mendax,
Tum merces avidis dilacerantur aquis.
At vagus incolumem (unde odiū illud) Ariona, delphin
Per vada deducens tergore, ſiſtit humo.

UNDE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

## UNDE ADULATORES.

BReſeidi ignipotens vulpem donaverat olim,
    Quam cum conſpexit territa virgo refert.
Tollite vulpinam carnem, caro nauſeat iſta,
    Cauda velim maneat ſola relicta mihi.
Qua veluti flabro propellam æſtate calorem,
    Si non vi flabrum ſumſerit aula meum.

## IN ORATIONEM M. IOANNIS Neovini Superintendentis Suerinenſis de Hebræâ lingua.

IN dubium scioli quidam perſæpe vocarunt,
    Cui linguæ primus ſit tribuendus honos.
Hic ait Hebrææ ſoli, ſoli ille Latinæ,
    Tertius affirmat Græcia docta tuæ.
Non opus eſt multis, dubium Neovine refutas
    Hebræam ad cœli culmina laude vehens.
Utpote cunctarum quæ ſit primaria lingua,
    Sitq́ parens, princeps, janua, clavis, apex.
Nec ſatis id monſtraſſe tibi eſt, ſed tradere pubi
    Ejuſdem linguæ prima elementa cupis.
Pro quibus officiis tua nomina clara juventus
    Semper in ore feret; ſemper in orbe canet.
Si vero veluti non ſpero, muta tacebit,
    Grata loquetur humus, charta loquetur anne.

## AD JOANNEM FUSIUM de differentiâ Virginis & virgæ.

*Plurimum is errat homo, qui cuncta vocabula differt*
*Virginis & Virgæ, plurimum is errat homo.*
*Cernis enim gemina hæc eſſe inſtrumenta, proter-*
*Per quæ corrigier virq́; puerq́; ſolent. (vus*
*Et mundi penitus dædalmata cuncta domari,*
*Virga domat pueros, virgo viroſa viros.*

## JN N. N. NOVIS COMMENTARIJS Terentium illuſtrantem.

*Scripſerunt multi in ſcenas commenta Terentij,*
*Queis meritò hunc etiam dixeris eſſe parem.*
*Qui non ſelectis tantùm pulcro ordine verbis*
*Exponit textum, perſpicueq́; docet,*
*Phraſibus amplificans phraſes, vocesq́; venuſtis*
*Vocibus, & varijs omnia verba modis.*
*Sed quoq; civili præcepta ſalubria vitæ*
*Eximit é ſcenis, in mediumq́; refert.*
*Tam benè, tam bellè, tam plenè, tamq́; Latinè,*
*Cum ſplendore gravi, cumq; lepore pari.*
*Ut nihil ulterius, quod quis deſideret, adſit,*
*Vel quod Lectorem detinuiſſe queat.*
*Hos igitur ſtudioſa cohors, hos læta juventus,*
*Viribus ingenij volve, revolve, libros,*

*Dumq; per ætatem licet, atq; occaſio præſto eſt,*
*Cum lingua mores excole rite tuos.*
*Diſcere nec ceſſa, nec præſens differ in horas*
*Tempus, cras ſerum eſt diſcere, diſce hodie,*
*Quod ſi præſentis, ceu veris, tempora vitæ*
*Negligis, Autumno non tibi meſſis erit,*
*Interea tamen hoc repeto, nec amore, nec ullis*
*Adductus precibus, ſed bonitate viri,*
*Scripſerunt multi in ſcenas commenta Terentij,*
*Queis meritò hunc etiam dixeris eſſe parem.*

## IN QUENDAM PRÆFERENTEM ſcamnum lecto. Declinatio ſcamni.

*Tune premas Scamnum, vel te magis, Aulice,* (SCAMNUM
*Scire aveo: ſcio, te premit inclementia* SCAMNI,
*Atq; à te premitur miſerè, ah valedicito* SCAMNO,
*Et duris durum, perdurum, linquito* SCAMNUM.
*O quantum magnum damnum das futile* SCAMNUM,
*Cui placet in rigido ſtolidè requieſcere* SCAMNO.
SCAMNA *odioſa viris ſunt, ſunt odioſa juventæ*
*Scamnum SCamnorum flectenti podice nudo,*
*Nulla ſalus* SCAMNIS *lectum te poſcimus omnes,*
SCAMNA *premant aſinina aſini, vilesq; coloni.*
*Queis lecto recubare negatum. O* SCAMNA *valete,*
*Tuq; tibi à duris cave poſthac Aulice ſcamnis.*
*Sic poteris verè venerabilis Aulicus eſſe.*

## AD M. SAMUELEM CRUGErum, cur Grammatici plærunque inopes.

*Quæris Grammatico cur ſemper inanis aluta,*
*Fœtaq́ munificas arca negarit opes?*
*In promptu cauſſa eſt veriſsima, conjugat ille*
*Et non declinat, qua decet arte, NIHIL.*
*Hinc eſt, quòd non, cùm declinet is OMNIA, ſolum*
*Declinare NIHIL Grammaticus valeat.*

## IN MOMUM QUENDAM.

*Si perverſa viros faceret jactantia claros,*
*Inferior nulli perfide Mome fores.*
*Sed quia bullato tantùm ſermone triumphas,*
*Haud nego quòd ſtultus maximus eſſe queas.*
*Sis quicunq́ velis, tuo ineſt non corpore toto,*
*Mica puſilla boni, mica puſilla ſalis.*

## IN STULTAM CUJUSDAM ſedulitatem.

*Quæritur à ſocio cupiens ſtudioſus haberi,*
*Quid tàm mirifica ſedulitate legat.*
*Binos reſpondit, titulos de teſtibus æquo,*
*Ex anima libro, & codice juridico.*

Dÿ Superi : nonne hæc bella eſt collatio ? bella :
Teſtis enim proprium teſticuli eſſe ſolent.

## IN QUENDAM ANTIQUITAtis curioſum.

Hoſpite ab Italico veterum monumenta rogabat,
Antiquarum avidus notificare ſibi.
Hoſpes promittit, ſubitoq; haud vana timentem
Ducat ubi ſedem publica ſcorta ſedent.
Dicens, nunc veterum monumenta veterrima viſe,
Queis magis in Latio nulla vetuſta ſolo.

## IN BACCHUM ET DESIDEM.

Sum Studioſus, ais Bacche, at nil diſcere tento,
Nec didici, à teneris aſſuefactus ita.
Fortè figuratè loqueris fraterrime Bacche,
Adjungens dictis ſchemata lauta tropis.
Nomine ſis Rhetor, ſed ego Dialecticus ajo,
Quòd ſtudio-ſus, ac a-ſue-factus ita es.

## IN QUENDAM BULLATUM.

Eſſe cupis DOctoR, tum jure in utroq; peritus,
Non renuo ſed ſit ſyncopa, non aliter.
Si verò hoc nolis, ſaltem per epentheſin eſto,
Decoctor Zythi ſcilicet, atq; meri.

*jur is ſic peteris Vocitari utriusq́; peritus*
*Impoſitumq́; tibi conſtabilire gradum.*

## IN APPELLATIONEM MUSIC cujuſdam Cimbri Critici.

*QUi criticum à Muſâ derivat Muſicum, is err*
*Nomen enim à muſto, aut muribus, ipſe ten*
*Qui criticum a çantu Cantorem appellat, is err*
*Nomen enim á calice, aut cantharo, & ip*
*(hab*
*Ebrius ex muto ſit homo, mus omnia rodit,*
*Cantharus atq; calix præbet ubiq́; merum.*
*Non igitur mirum, te alienam rodere famam,*
*Eſſeq́; potorem, id nomen & omen agit.*

## IN MAGNILOQUUM QUEN dam ſcurram.

*PErfide ſcurra ſoles teipſum jactare frequenter,*
*Sum celebris vates, ſumq́; Poëta bonus.*
*Credo quidem hoc, ſed ego à potu appellare Poët*
*Et ſoleo vatem à vaſe vocare meri.*
*Quarè non dubites, tecum quòd talia credam,*
*Nam ſi non facerem, mentis haberer inops.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

# PETRI LINDEBERGI ROSTOCHIENSIS
# TERTIÆ PARTIS
# LIBER SECUNDUS
## CONTINENS EPIGRAMMATA RANZOVIANA.

## IN HENRICUM RANZOVIUM, REGIS DANIÆ VICARIUM.

Holſatum decus & Prorex RANZovius heros,
Ingenio dubium eſt divitijsve prior?
Holſatum decus & Prorex RANZovius heros,
Divitijs potis eſt, & potis ingenio.
Pariter, quamvis præſenti tempore rarum,
Eſt Medicus, Vates, Aſtrologusq; & Eques.
Non igitur mirum, quòd plurima ſcripta relinquat,
Arte ſagoq; valet, Marte togaq; viget.

## IN EUNDEM H. R.

Sors, Phœbus, Mavors, Euclides, Naſo, Galenus,
Tres ſuper aſtra Dij, ſubter & aſtra viri,
Ranzovium genuére ſenem, aut Ranzovius illos,
Tres ſuper aſtra Deos, ſubter & aſtra viros.

Ille

Ille etenim claris longè clariſsimus unus,
  Par virtute gravi eſt, parq; decore pari.
Si modò non claros ſuperat clariſsimus unus,
  Tres ſub & aſtra viros, & ſuper aſtra Deos.

## IN EFFIGIEM EJUSDEM.

HÆc eſt Henrici effigies veriſsima Ra
  Qui Danaum in patria munia Reg
Cum pede felici jam quinta accederet
  Poſt bis ſex vitæ luſtra peracta ſu
Ex oculis gravitas, virtus ex fronte relucet,
  Mentem qui poſſet ſculpere nemo fuit.
Nec fuit artis opus. Namq; eſt ars cognita Divis,
  Exteriora patent, interiora latent.

## IN EFFIGIEM IOANNIS RA-
## ZOVII, EQUITIS AURAT
## & Henrici patrem.

RAnzovij præſens monſtrat ſculptura fig
  Cui nomen mitis gratia mite dedit
Qui ſit, qui fuerit, teſtantur plurima
  Bella peracta ſolo, bella peracta ſale.
Illius &, reliquos qua præſtitit, enthea virtus,
  Famaq; nota homini factaq; grata DEO.
Omnia non dicam, ex hoc uno cætera diſces,
  Factis Divus erat, corpore verus homo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## N PALATIA RANZOVIANA.

QVi dicendus is eſt, qui non ſolùm arcibus amplis
Exornat patrij pinguia rura ſoli.
quoque vicinas generoſis ædibus urbes,
Structurisque facit luxuriare novis?
onne bonus civis, non verus nobilis? immo
Nobilis & verus, civis itemque bonus.
d minimum hoc: quis tum? patriæ totius aſylum,
Ornamentum urbis, nobilitatis apex.
prorſus talis, qui claro nomine dignus
Et non ante ſua, aut poſt ſua fata mori.

## ENIGMA CONTINENS NUMErum arcium Ranzoviorum videlicet 70.

QVot numerata olim patuli miracula mundi, 7.
Quot colles, Superûm pignora, Roma tibi. 7.
not certant urbes magni de patria Homeri, 7.
Quot rata prudentes Græcia clara viros 7.
Quot ſublime, polum, ſtellarum corpus oberrant, 7.
Quot retinet ſolitos hebdomas una dies. 7.
Quot fluit in pontum diſcreta per oſtia Nilus. 7.
Artes ingenuas quot ſchola docta facit, 7.
Quot ſunt vigiliæ, nautis notiſſima ſigna, 7.
Romani imperij quot ſacra fulcra ſacri. 7.

*Hæc decies ſeptem, ſi quis conjungat, habebit;*
*Arces quot teneat Ranzoviana tribus.*

## ALIUD CONTINENS NUM rum. Rantzoviorum hoc tempo re viventium, videlicet 118.

10. *Quot Deus Ægyptum plagis punivit ace*
6. *Abſolvitq́; idem lucibus orbis opus.*
12. *Quot menſes numerat ſolaris quilibet*
30. *Et ſiclis Dominum vendidit Iſchario*
4. *Quot facta exiſtunt elementis corpora mixta,*
4. *Et Paradiſiaco flumina dia ſolo.*
12. *Quot genuit Iacob, ſenij fulcimina, natos,*
40. *Annos & geſſit regia ſceptra David.*
*In numerum hos numeros qui congeret, inde vide*
*Rantzovij vivi hoc tempore quotquot erunt.*

## COLLATIO PYRAMIDIS SE bergenſis & Romanorum.

*Pyramides quondam varias Roma incl ſtruxit,*
*Sumptibus eximijs, ſumptibus innume*
*Pyramidem ſtruxit ſimilem* RANZOVIUS *hero*
*Sumptibus innumeris, ſumptibus eximijs.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

a viro claro, aut fortes qui vicerat hoſtes,
Hic Regi forti, Rex FRIDERICE, tibi.
a ſitu bello bellas, longeq; micantes,
Hic ſplendore gravem, cumq; decore parem.
a quæ erant Latij tanquam miracula terræ,
Hic quæ miraclo non minus eſſe poteſt.
Cûm non ex lapide aut ligno, nec ſtructa metallo,
Et tamen ex omni parte ſit artis opus.
yramides jactare tuas nunc deſine Roma:
Nam claret parili Ranzoviana modo.

## IN EANDEM.

ROmani quondam veteres mira arte ſtruebãt
Pyramides pulcras conſpicuosq; tholos.
Iã nunc RANZOvius conſtruxit arte minori
Pyramidem pulcram, conſpicuumq; tholũ.
Magnus honos, magna hæc velle, & quoq; condere poſſe
Aſt, cœpta ad finem ducere, major honos.

## IN EANDEM.

NOn hæc vel vivo, vel cocto fabrica conſtat
Saxo, nec ligno. Facta ſit unde rogo?

Pyramis.

Pyramis
Hæc,
Lector,
Te tria,
Chare, docet.

Prncipiò quod
Sumptibus immenſis
Stet conſtructa tàm benè
Ornateque Vicarij]

Deinde quòd hæc eadem Secundi
Sit Friderici conſecrata manibus,
Danica qui geſsit ſceptra potente manu.

Deniq; ſublato in cœlum quòd culmine ſign
Calceq;, quâ facta eſt, purá, ſine crimine pur
Quilibet ut vivat vitam, mortalia linqu
Et crebrò ſolum ſuſpiret, anhelet, olympum. (
Hæc ubi cognoſti, ex animo bona multa prec
*RANZOVIO* Domino, & quo te via ducit eunt
Perge ſtatim, & felix longiſsima tempora viv

H. R. V. 1588.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]


AD VIATOREM
Non hæc vel viuo vel cocto fabrica conſtat
Saxo nec ligno Facta ſit unde rogo?
Hoc monumentum conſtat pyramide et Sacello ita,
ut ſub illa in forma arcus triumphalis ſit ſitum
ſacellum, in perpetuam memoriam honoris ac virtutis
D. Friderici II Danorum regis &c: ab Henrico Ran,
zouio eiuſdem vicario, Domino in Bredenberch propriis
impenſis in via regia prope Segebergam exſtruc,
tum: anno Dni. 1588 quo annum ætatis
agebat 63.
DEO TRINO ET VN
SACRVM
Fridrico II, Chriſtiani. &c.
M.D.LXXXVIII
Sophia von Gottes
Friderich der ander &c.
Si pia maiorum violas monumenta viator
ultrices furias experiêre breui.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

## IN HORTUM BREDEBERGENSEM.

INnumeros olim celebrari laudibus hortos,
Italia alma tuos, Gallia culta tuos.
Nunc ſecus; Eſt etenim par BREDENBERGICUS hortus,
Gallia culta tuis, Italia alma tuis.
Et neutri cedit, ſeu quisquam emblemata ſpectet,
Frugiferasq; herbas, frugiferumq; ſitum.
Seu varij generis poſitos pulcro ordine flores,
Areolas, formam, germina odora, topum.
Omnia conſpiciet regali more polítas,
Et mirè miris undiq; ſtructa modis.
Ut meritò ante alios, Paradiſum dicere poſſit,
Quos paſſim jactat Cimbrias ora. ſuum.
An nimium hoc? quid ſi hunc veſtros ſuperare probarem
Areolis, herbis, floribus, arte, ſitu?
Iudice me Latiales cedite, cedite Galli,
Non vobis nunc eſt, qui fuit ante, decor.

## DE BIBLIOTHECA ET ARMAmentario Bredebergenſi.

NOn ſatis eſt armamentaria condere magna,
Bibliotheca etiam condita pulcra tibi eſt.
Pacis ut & belli, RANZOI, munia cures,
Utrumq; & ſubeas Martis & Artis opus.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## IN OBELISCUM SEGEBER-GENSEM.

QUid Latij mirare Obeliſcos, chare Viator,
Deſine, Ranzovius condidit arte parem.
Sed quid dico parem, Nō eſt: eſt pulcrior ipſ[...]
Italia alma tuis: Roma ſuperba tuis.
Quæ ſtruis Idolo, tantùm mera vana, profano,
Hic uno ac trino quod ſtruit omne, Deo;
Tu civi ſtatuas ſtatuis perſæpe celebri,
Patribus hic patriæ principibusq́; viris.
Qui Regum claro clarorum ſanguine nati,
Factuq́; æternum promeruêre decus.
Ergò abeant Latij. Latiales vincit hic ipſe,
Arte, decore, jugo, laude, nitore, ſitu.

## AD ORTUM EJUSDEM CON-ſpiciuntur hi Verſus.

HOc opus exſtruxi HENRICus RANZOVi[...] omne
Numinis in laudem, Conditor alme, tui.
Et ſimul in Danaum FRIDERICI Regis honorem,
Totiusq́; mei ſeminis, atq; domus.

## AD OCCASUM.

PRo meritis FRIDERICE tuis, Rex optime Regu[...]
Hæc monumenta tibi dedico, ſacro, ſtruo.

O utin[...]

*O utinam majora mihi præſtare liceret,*
*Hoc totus ſtares aureus ipſe loco.*

## AD MERIDIEM.

*Quem Regi & vobis Obeliſcum dedico,* NATI,
*Ad virtutis iter nobile, calcar erit:*
*Certumq́ indicium, quærendas æthere ſedes,*
*Et nihil in terris certius eſſe nece.*

## AD SEPTENTRIONEM.

*His viſis, lectis, placidè diſcede* VIATOR,
*Cunctaq́ Structori fauſta precare meo.*
*Perpetuò infelix & deteſtabilis eſto,*
*Qui ſacrum in minimis hoc violabis opus.*

## IN EUNDEM.

*Dum ſtabit nullis Obeliſcus dirutus Euris,*
*Stabit* RANZOVII *gloria, ſtabit honos.*

## IN SACELLUM ITZEHOENSE.

*Dum templa ædificas,* RANZOI, *terrea patri,*
*Præparat ipſe tibi cœlica tecta* DEUS.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

## ALIO MODO.

*Dum buſtum condis, RANZOI, utriq; parenti,*
*En rurſum in cœlis aurea templa meres.*

## VOTUM H. R. AD IMITATIO-nem Xenophontis.

*DA, qui cuncta potes, Deus alme, mihiq; meisq;*
*Sanas in ſano corpore mentis opes.*
*Da ſimul ut rebus cunctis induſtrius adſim,*
*Et properè faciam quæ facienda mihi,*
*Da valeam lingua toto molimine vitæ,*
*Impoſitiq; feram grande laboris onus.*
*In duris animum fortem concede periclis,*
*Hoſtesq; intrepidè vincere Marte tuo.*
*In conſultando prudentiam ab æthere mitte,*
*Conſtantemq; Ducum gratiam ad usq; rogum.*
*Patria feuda measq; domos, te dante, paratas,*
*Da proprio cenſu ſumptus honeſtus alat.*
*Et tandem me, poſt placidam juſtamq; ſenectam*
*Æterna in requie tumba paterna tegat.*
*Donec me ſuperas rurſum revocabis in auras,*
*Et dabis in nitido regna beata polo.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# SYMBOLUM H. RANTZOVII DIES MORTIS ÆTERNÆ VITÆ NATALIS EST.

*Mors quæ corporeæ eſt huius deſtructio maſſæ,*
*Ianua ea eſt vitæ, principiumq́ue novæ.*

## ALIO MODO.

*Tranſitus è vivis vitæ cœleſtis origo eſt,*
*Qui Chriſto didicit vivere, vivit homo.*

## ALIO MODO.

*Lux ea mortalis quæ ducitur ultima vitæ,*
*Rurſum natalis ducitur eſſe novæ.*

## ALIUD EJUSDEM H. R. SYMBOlon. Ita ſe comparent in vita, ut vinci & mori neſciant.

*Sic mortalis homo fugitivum tranſigat ævum,*
*Neſciat ut vinci, neſciat utq́ue mori.*

## ALIO MODO.

*Sic homines æquum eſt traducant tempora vitæ,*
*Ut vinci nequeant, ut nequeantq́ue mori.*

## SYMBOLON FRIDERICI 2 DANIÆ REGIS

In Deo ſolo mea ſpes, Item.
Fides caro ferina eſt.

*Sola DEO IN SOLO MEA SPES & vita recumbit,*
*Priſca FIDES etenim facta FERINA CARO eſt.*

## SYMBOLON DANIELIS RANZOVII.

Diverſo tempore, diverſa fata.

*Sunt DIVERSA hominis DIVERSO TEMPORE FATA*
*Lubrica ſors unum neſcit habere locum.*

## IN WIPERTI 2 COMITIS Groitzenſis & Marchionis Luſatiæ effigiem.

*Qui præſens opera artificis Mavortius heros*
*Cum clypeo & ſigno conſpiciendus adeſt.*
*VVIPERTUs fuit inſignis virtute ſecundus,*
*Groitzenſiſq; olim non ſine laude Comes.*
*Ex habitu virtus, gravitas ex fronte coruſcat,*
*Et Mars ex toto corpore fulget atrox.*
*Non mirum bellax quòd ſit Ranzovia proles,*
*Belliger illius ſtemmatis autor erat.*

## IN WIPERTI 3 COMITIS Groitzenſis &c. effigiem.

HÆc tibi Groitzenſis Comitis ſculptura figuram
Demonſtrat Vivis aßimulata notis.
QUi VVIPERTus erat dictus prænominis hujus
Tertius & nulli Marte vel Arte minor.
Aſpice quæ gravitas habitu, quàm, corpus honeſtum,
Quantus in ore decus, qualis & oris honor.
Omnia pulcra ſatis ſculptoris dextera fecit,
Unam unam mentem ſculpere non potuit.

## IN HENRICI I. MARCHIONIS Luſatiæ, & Comitis ſeu Burggravij Liſnicenſis effigiem.

SI fluit in natos genitorum maſcula virtus,
Naturæq; manent ſemina quæq; ſuæ.
Hic etiam Comitum Groitzenſium ſtemmate cretus,
Ritè ſui poterit filius eſſe patris.
Cui ſimilè virtutis amor, par gratia formæ,
Mens veneranda toga, mens memoranda ſago,
Et patris eſt rebus cunctis veriſsima proles,
Sicut ea ex multis conſpicienda patent.

## IN INSIGNIA WIPERTI 2.

HÆc quæ cernis ſunt inſignia vera VIPERTI,
Qui Groitzenſis erat, Liſnicijq; Comes.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Robur* BOS *præſtans,* AQUILÆ *pars nobile nomen,*
*Pro patria ſignant pondera geſta* TRABES.
*Pectora magnanimus* SONIPES *ſpirantia Martem,*
*Delicias Divum denotat albus* OLOR.
DUPLEX *armorum, quæ reſtat,* FORma, COLORq́;
*Indicium belli eſt, indiciumq́; togæ.*
*Nobilis & gentis* RAnzoæ *inſigne paternum,*
*Hinc quæ deducit ſtemma genusq́; ſuum.*
*Non obſtat, clypei quòd ſit mutata figura,*
*Acer omiſſus Equus, Bos, Aquila, albus Olor.*
*Tempore mutantur cuncta, & Ranzovia proles,*
*Non clypeo monſtrat robora, ſed manibus.*

## IN INSIGNIA COMITUM Liſnicenſium.

HÆc *ſunt* LISNICII *dominorũ inſignia priſci*
*A quibus exorta eſt Ranzoviana tribus.*
PARS CLYPEI PRINCEPS *exſculpta ac alte*
*Majores uſos ſimplicitate docet.* *(ra ina*
*Diſtinctæ* TRAbibus TESSELLÆ, *pectora pura*
*Sejuncta à vitijs labeq́; munda notant.*
*Magnanimus* LEO *inaurato diademate fulgens,*
*Indicat Auctoris palmam animumq́; ſui.*
*Quid ſibi vult clypei ſpecies hæc? admonet omnes,*
*Cùm jam nil veteri ſimplicitate valent:*
*Nil homines pietate ſua, nil pectore puro*
*Efficere, ut poßint perpete pace frui:*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Herculea intrepidi ſumant ſibi corda Leonis,*
*Et ſuperent hoſtes, Marte juvante, truces.*
*O ſacra ſimplicitas: ô mens planè enthea patrum,*
*Qui nos tàm tectè, tàm benè multa docent.*

## IN ARBOREM COMITUM LISnicenſium.

*IN pulcro veluti gravidis cum fructibus horto,*
*Explicat auguſtas arbor amœna comas.*
*Non aliter præſens etiam ſeſe explicat arbor,*
*Commonſtrans fructus undiq; paſſa ſuos.*
*Nempe octo Comitum noto cum nomine ſigna,*
*Olim* PENICII *quos habitaſſe ferunt.*
*Et tribuiſſe altum* Ranzoi *ſtemmatis ortum,*
*Sicut id ex omni parte videre licet.*
*Utq; magis videas, fecit cælarier illud*
HENRICUS *patrij dia columna ſoli.*
*Ob quod poſteritas ni fauſta precaberis ipſi,*
*Diceris merito ter ſcelerata tuo.*

## IN LIBELLUM H. R. DE HOdierno Daniæ ſtatu.

*PLusne tibi, in dubio eſt,* RANZOI, *Dania* *(laudis*
*Debeat, an verò* SAXO *diſerte, tibi.*
*Daneidum primus ſcripſiſti* SAXO *tuorum*
*Bella patrata ſolo, bella peracta ſalo.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Daneidum primus deſcripſiſti optime RANZO,
    Oppida juncta ſalo, condita cuncta ſolo.
Præſentemq; ſtatum regni, præſentia jura,
    Præcipuas arces, frugiferumq; ſitum.
Immiſcens pariter lectu digniſsima multa,
    Quæ non à quoquam ſcripta fuere prius.
Magnam SAXO tibi, me judice, Dania laudem,
    Majorem RANZO debet at illa tibi.
Qui præſtas aliis, ut præſtat ſidere ſidus,
    Argentum plumbo, Plejade clara Venus.
Macte tuis ſcriptis, ſic æternabis honorem,
    Sic Dani & Cimbri ſemper in ore ferent.
Nemo Ranzovidum natus de ſtemmate major
    Henrico fuit, & nemo futurus erit.

## IN LIBELLUM H. R. DE HOdierno Holſatiæ ſtatu.

SI benè de patria meritos Roma inclyta quondam
    Totius patriæ dixerit eſſe patres.
Quē te RANZOVI bellatrix Cimbria dicet,
    Undiq; tot factis quam celebrem eſſe facis.
Quam domibus bellis, quam cultis arcibus ornas,
    Auxilio fulcis, conſilioq; juvas.
Inſuper hoc ipſo extollis ſuper æthera libro,
    Enumerans pulcri commoda cuncta ſitus.

Quotq;

Quotq́ arces habeat, quot templa, quot oppida, & urbes,
Quo nunc utatur jure, ſimulq́ ſtatu.
Per Dium Fidium, RANZOVI, Cimbria dicet
Non ſolùm patrem te patriæ, ſed avum.
Perge modò, ut ſolitus, ſpretis ſuccurrere Muſis,
Et patriam ex omni parte juvare tuam.
Sic patria & Muſæ nunquam tua facta tacebunt,
Si verò taceant, ipſa loquetur humus.

## IN LIBELLUM STRATAGEMATICUM H. R.

Maximus in cœlis reſidens Deus, arbiter orbis,
Maximus in terris arbiter Imperij.
Mens humana, Duces belli, longinquior uſus,
Omnesq́, in quorum eſt corpore mica ſalis,
Permittunt pariter, modò prœlia juſta gerantur,
Ut vincas hoſtem Marte vel Arte tuam.
Queis autem id fieri poßit rationibus aptè,
Præſens RANZOVII nobile monſtrat opus.
Quo melius genere in tali, & nervoſius ullum,
Vix Boreas, Auſter, Veſper, & ortus habent.
Et vix dum terræ compages ſtabit, habebunt,
Tanta hic eſt rerum copia, tanta Venus.
Pergito RANZOI toti innoteſcere mundo,
Aureolis ſcriptis, aureolisq́ libris.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Pergito RANZOI patriæ inſervire, tibiq́;*
*Æternum ulterius conciliare decus.*
*Nulla dies memori Muſarum te eximet albo,*
*Qui ſis, qui fueris, ſcripta diſerta ferent.*
*Omnia tempus edax rerum, & mors invida tollunt,*
*Sola manent docti ſcripta diſerta viri.*

## IN HEN: RANZ: ET TRACTAtus ejuſdem Aſtrologici commendationem.

*INclute RANZOI, de te quid ſentio dicam*
*Ingenuè, & dubia nil ſimulabo fide.*
*Admirandus homo, & planè optatiſsimus heros,*
*Ac quidam divus multiſciusq́; vir es,*
*Qui ſummis opibus felix, ætate ſenecta,*
*Inter tot curas innumerasq́; vices.*
*Non tantùm ſtudijs te totum dedis honeſtis,*
*Conſcribens lepidos laude, fideq́; libros.*
*Aſt aliorum etiam à mendis nævisq́; repurgans,*
*Haud minimo ſumptu lucis honore beas.*
*Teſtes tot libri, tot præſtantiſsima ſcripta,*
*Quæ penitus putri deperiêre ſitu.*
*Teſtis opus præſens, quod, quæ contingere debent*
*Cuiq́; homini, mira ſub brevitate docet.*
*Addens judicia, & juſtas juſto ordine cauſſas,*
*Cur ea ſic paſsim, nec ſecus, eveniant.*

*Pro quibus officijs, RANZOI dive, juventus*
*Optat fauſta tibi plurima, fauſta ſenes.*
*Perge modò inceptæ telam pertexere laudis,*
*Et partum à ſtudijs amplificare decus.*
*Sic longè in patulo celebris celebraberis orbe,*
*Ac etiam vivus, cùm morieris, eris.*

FINIS.

*MAGNI-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

MAGNIFICO, NOBI-
LISSIMOq; VIRO, DN.
CHRISTIANO DISTELMEJERO
Dn. in Radesleben & Malsdorff, &
Jlluſtriſs: Electoris Brandeburgici Can-
cellario, patrono plurimùm
obſervando
S. D.

PETRUS LINDEBERGIUS

*QUod ſæpius mihi fuit in op-
tatis, DISTELMEJERE
magnifice, idem & nunc
opto, ut illum aliquando attingam
diem, quo te virum, unanimi totius
Germaniæ voto, incomparabilem: te
heroem, conſono totius patriæ elogio
laudabilem: te Cancellarium, totius
aulæ Marchiacæ ſuffragio honora-*

*bilem*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

bilem, videam, audiam, agnoſcam, vix enim, vix inquam, quanto deſiderabili tui videndi deſiderio torquear, exprimi verbis poteſt. *Atqui* hoc nominis tui glorioſi fama, illud litterarum & litteratorum patrocinium, utq́ue paucis multa dicam, illa tua memoranda & veneranda virtus, & neminem non iuvandi prompta voluntas faciunt, quæ vel ferreum allicerent detinerentq́ue. Sed quoniam corpore in præſentiarum te ut inviſam mihi licitum non ſit, mente & pennatis advolo vocibus, quæ, ſi nihil aliud, ſaltem amoris & obſervantiæ meæ tui teſtimonium ad te ferant. Quocirca heros magnifice

lubenti

*lubenti manu, hilari vultu haſce no-
ſtras primitias, id eſt diſtichorum
moralium Centurias duas, accipe
& excipe, ac nominis tui præſcriptio-
ne per manus ſinusq́; plurium voli-
tent, patere, meq́; tibi commenda-
tum habe. Vale Roſtochij, Anno,*

*[redacted], no-
nageſimo ſecundo ſupra ſeſ-
quimilleſimũ, tertio Calen-
darum Auguſti.*

PETRI

# PETRI LINDEBERGI ROSTOCHIENSIS TERTIÆ PARTIS LIBER TERTIUS CONTINENS DISTICHORUM MORALIUM CENTURIAM PRIMAM,

## A Deo principium & finis.

A Iove principium, cunctarum metaq́ꝫ rerum eſt,
Qui ſe principium tradit & eſſe τέλος.

## A Deo omnis ſapientia.

A Solo verace Deo ſapientia noſtra eſt,
Deſipit is totùm qui ſapit abſq́ꝫ Deo.

## Gratia Principum non eſt hereditaria.

PRincipibus terræ nimiùm confidere noli,
Tranſit ad hæredes gratia nulla Ducum.

## Cedendum multis.

NAtura ipſa docet cedendum pluribus eſſe,
Hercles adverſus noluit ire duos.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## Principijs obſtandum.

*PRincipijs obſta, praviſq; occurrito morbis,*
*Pharmaca dum poſſunt tollere docta malum.*

## Conſortia prava fugienda.

*EFFuge ceu virus conſortia cuncta malorum,*
*Stercora qui tangit polluit inde manus.*

## Non omnibus credendum.

*Noli Spiritui inconſultò credere cuivis,*
*Omnibus haud tutum eſt velle adhibere fidem.*

## Feliciter quomodo vivendum.

*SI vis transigere humanum feliciter ævum,*
*Fide Deo, nulli credito, tutus eris.*

## Emendum quod neceſſe, non quod opus.

*SI tibi quæris opes, fac emas quod in æde neceſſe eſt,*
*Non, quod opus, ſemper, mens tua ſtulta putat.*

## Vir non eſt cui imperat uxor.

*ILle viri non eſt generoſo nomine dignus,*
*Qui domina patitur ſe muliere regi.*

## Utendum tempore.

*INcaſſum noli traducere turpiter ævum,*
*Utere temporibus, tempus ut umbra fugit.*

Tem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## Terra gratior freto.

*CHarior, injuſta eſt, ut mater blanda, noverca.*
*Gratior inſano ſic quoq; terra freto*

## Expertus malum, malum novit.

*NEmo malum paſſus miſeris ſuccurrere novit,*
*Nam quod non ſentit, non putat eſſe malum.*

## Brevitas placet doctis.

*OBlectare ſolet brevitas ſuccincta peritos,*
*Indocto indoctis garrulus ore placet.*

## Falſus amicus pejor Dœmone.

*DOEmone pejor is eſt, qui præſens verus amicus,*
*Abſens occulta perfidus arte nocet.*

## Deſtinatus cruci non ſubmergitur.

*QUod corvis natum eſt, nunquam ſubmergitur undis,*
*Quæ bona ſunt pereunt, quæ mala, ſalva manent.*

## Fidendum Deo;

*NOn illis Sathanas ſcelerata fraude nocebit,*
*Spem ſibi cæleſtem qui poſuere Deum.*

## Tenax requirit prodigum.

*CErtius ex certo, quòd quas parcè Euclio parſit,*
*Heluo mox rurſum dilapidabit opes.*

## Ebrio cedendum.

VI *Bacchi gravido, & furioſo cedere debet*
*Cum ſex adjunctis currus onuſtus equis.*

## Mendacio debetur colaphus.

D*Eberi colaphum mendaci, dicitur, ori:*
*Sit rata lex, dicet falſa ſubinde minus.*

## Omne nimium ingratum.

Q*Uod rarum hoc carũ eſt, ingratũ quidquid abun*
*Dulceq́ mel fel ſit, cùm nimis ore voras.*

## Species proba ſæpe fallit.

N*On coquus eſt ſemper cui longus culter adhære*
*Occulit infeſtam veſtis ovilla lupum.*

## Homo proponit, Deus diſponit.

Q*Uod proponit homo, diſponit dextra Iehovæ,*
*Deſtinat ille quidem; hæc ut cupit, omne facit.*

## Non deſperandum in peccatis.

Q*Ui majora Dei venia ſibi crimina fingit,*
*Vaniloquum mendax judicat eſſe Deum.*

## Ars diuitijs potior.

P*ræſtat poſt mortem æterna juveneſcere fama,*
*Quàm mundi varijs eminuiſſe bonis.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## Malum ſuum intelligit ſentiens.

*NOn alij, ſed ego ſcio, ubi me calceus urget,*
*Non putat eſſe malum qui tulit ante nihil.*

## Filij contumacis magiſter carnifex.

*QUi puer annoſos non vult audire parentes,*
*Hic rapidas pendens in cruce paſcet aves.*

## Lingua res optima & peſsima.

*ET necis & vitæ in lingua ſedet ipſa poteſtas,*
*Res bona lingua bona eſt, res mala lingua mala.*

## Otia corrumpunt omnia.

*MEns exercitio viget, at torpore ſeneſcit,*
*Corrumpi, motu quæ caret, unda ſolet.*

## Temporis & famæ jactura incomparabilis.

*TEmporis eſt jactura gravis, gravis eſt & honoris,*
*Non redimi nummis rurſus utrumq; poteſt.*

## Medium ſervandum præceptori.

*NOn levis aut lenis nimium, nimiumq; ſeverus*
*Sit, qui diſcipulos optat habere probos.*

## Pueris iguavia adhæret.

*TOrpens agnata eſt pueris ignavia ſemper,*
*Hanc caſtigatrix tollere virga poteſt.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Balnea, vina, venus, accelerant mortem.

*NOx, amor, & vinum, repetitaq́ balnea ſæpe,*
*Accelerant mortem funeris ante diem.*

Contemni à malis laus eſt.

*VIlibus à lixis laudari infamia vera eſt,*
*Sed laus ſumma viris diſplicuiſſe malis.*

Avaro deſunt omnia, inopi pauca

*PAuca inopi deſunt homini, ſed plurima avaro,*
*Qui ſat non unquam, ni tumulatus, habet.*

Magis verba quàm verbera proſunt

*VErbere vexatus nimio data verbera ſpernit:*
*Efficiunt plus, quàm verbera verba bona.*

Aliena vitia citò cernimus.

*CRimina vicini citius quàm noſtra videmus,*
*Cauſa eſt, Noſtra procul ſint, aliena propè.*

Ab hoſte tibi caveas.

*QUem ſemel atq́ iterum fallacem noverũ hoſtem,*
*Huic poſthac ſolitam noli adhibere fidem*

Deus non poteſt falli.

*QUamvis occultent homines ſua crimina mundo,*
*Illa tamen ſummus cardiognoſta videt.*

Tacet

## Tacere prodeſt.

*PRofuit haud minimum poſuiſſe ſigilla labello,*
*Obfuit haud minimum poſſe tacere nihil.*

## Mens conſcia ſemper trepidat,

*COnſcia mens ſcelerum levibus terretur ab Euris,*
*Conſcia mens recti fulmina nulla timet.*

## Sine Deo omnia languent.

*NIl facile eſt, quod nō grave erit, cum fata repugnant,*
*Nilq́; grave eſt, quod non leve erit, cum fata ſecundant.*

## Noſce teipſum,

*SI vis feſtucas aliorum carpere viles,*
*Primùm ſtulte, tuo lumine tolle trabes.*

## Provocans plerunq; vulneratur.

*VUlnera, damna, probrū, & mortem plerunq́; reportat,*
*Qui ſtricto ad pugnam quemlibet enſe vocat.*

## Puer Dominus, ſenex ſervus.

*QUi puer orditur teneris dominarier annis,*
*Servus is in ſenio cogitur eſſe ſuo.*

## Moroſa uxor viri crux eſt.

*MAgna viro crux eſt moroſa ſuperbaq́; conjux,*
*Magna viro lux eſt pulcra, pudica, proba.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,:49 8°]

## Tacendum & Simulandum.

*IUdicio prudentem qui ſcit compeſcere labrum,*
*Et qui cuncta ſuo tempore diſſimulat.*

## Deus ſemper præſto eſt.

*CUm Deus à nobis longè ceſſiſſe putatur,*
*Proximus auxilio ſalvificante ſuo eſt.*

## Nemo abſq; vitijs.

*QUisq; ſuos patimur nævos, ſine crimine nemo eſt,*
*Nemoq;, dum mundi machina ſtabit, erit.*

## Quod citò fit citò perit

*QUæ citò fert fructum. fructu citò deficit arbor,*
*Durant longinquùm non properata nimis*

## Tuo te metire modulo.

*NOli extra nidum pygmæas tendere pennas,*
*Ambitio ſemper flebilis anſa mali eſt.*

## Surſum ſpectandum.

*SUrſum verte animum, ſurſum tua lumina flecte,*
*Terreaq; hoc rigido cuncta relinque ſolo.*

## Sis humilis.

*QUisquis es, eſto humilis, nec ſtultas erige criſtas,*
*Cor humile extollit, dejicit alta Deus*

Solus

## Solus Deus fortunat labores.

*DExtera fortunat cunctos divina labores,*
*Hac ſine nil prodeſt omnis in orbe labor.*

## Aurea promiſsa.

*PLumbea vix præſtant, qui ſæpius aurea ſpondent,*
*Immenſum decus eſt non violare fidem.*

## Deo non opibus fidendum.

*FIde Deo, non fide opibus, ſors attulit iſtas,*
*Sors eadem potis eſt diripuiſſe datas,*

## Durum eſt contra ſtimulum calces

*DIlige majores, Dominisq; reſiſtere noli*
*Durum eſt in ſtimulum figere velle pedem.*

## Longa exſpectatio tædioſa eſt.

*COnficit humanas longa exſpectatio mentes,*
*Iucundum eſt votis poſſe repente frui.*

## Se vincere, res ardua eſt.

*FOrtior eſt qui ſe moderatè vincere novit,*
*Quàm qui devicto victor ab hoſte redit*

## Bis dat qui citò dat.

*DA citò, ſi quid habes dare. Nam qui dat citò, bis dat,*
*Nil dat, qui tardat, da citò, bisq; dabis.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## Magnum vectigal parſimonia.

Exigua inſanos minuit profuſio cenſus,
Vectigal magnum eſt parcere ſcire bonis.

## Amicorum opera ſæpe fallit.

Quæ præſtare potes præſta, nec credito amico,
Sæpius addictam denegat ille fidem.

## Iacenti nemo ſuccurrit.

Devaſtatur ager qui non eſt undiq; ſeptus,
Oppreſſum ulterius turba ſceleſta premit.

## Migrans ſubinde rarò diteſcit.

Qui Dominos mutat crebrò, crebrò oppida mutat,
Is minuet partas non cumulabit opes.

## Sponſores ſuffocandi.

Sponſores laqueo dignos proverbia jactant,
Stulti ſtultitia quod ſibi damna parent.

## Coram pueris non obſcœnè loquendum.

Non coram pueris obſcœna & turpia dicas,
Attentas aures vafra juventa gerit.

## Liberi ſæpe ingrati.

Pignora dena pater lautè ſatis educat unus,
Vix unum poſſunt tot tollerare patrem.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## Cogitationes ſunt liberæ.

*PEndere vectigal mercesq́; hominesq́; jubemur,*
*Solus ab hoc animus liber in orbe volat.*

## Bona parta ſunt ſervanda.

*QUi parcè renuit patrimonia parta tueri,*
*Non illum ſervet, ſi velit, ipſa ſalus.*

## Filius malus, patri moleſtus.

*UT fumus viſum, dentes ut lædit acetum,*
*Sic natus patri, qui malus eſt, gravis eſt.*

## Propria virtus clarior avitâ eſt.

*CLarus is eſt, virtus quem clara exornat avorum,*
*Qui propria claret, clarior ille ſuis.*

## Qualis parer talis filius.

*IN natos abeunt patris cum ſanguine mores,*
*Qualis is eſt, talis filius eſſe ſolet.*

## Divitibus multi amici.

*DIvitibus ſemper multi numerantur amici,*
*Vix unum nummis indigus Irus habet.*

## Ne ultra vires.

*NIl tentes aliud, quàm quòd ſit viribus æquum,*
*Ultra qui vires non ſapit, ille ſapit.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Medio tutiſsimus ibis.

*GLoria non minima eſt medio conſiſtere poſſe,*
*Semper, quod medium eſt, aſſolet eſſe bonum.*

Non inter pocula diſputandum.

*ESt præſente mero ſapere oſtentatio vana,*
*Inter qui novit pocla tacere, ſapit.*

Pauper ſpretus ubique.

*IN toto nemo eſt, quàm pauper, vilior orbe,*
*Pauper ubiq; jacet, dives ubiq; placet.*

Humili nihil aſperius ſurgenti.

*ASperius nihil eſt, quàm cùm de ſtercore pauper*
*Surgit, & ingentes poßidet Irus opes.*

Obdurandum.

*FOrtiter obdura recti tibi conſcius, olim*
*Excutiet vindex crimina falſa Deus.*

Ne cura vulgus.

*SI tibi mens pura eſt, & fœdi criminis expers,*
*Iudicio vulgi commoveare cave.*

Alternâ requie utendum.

*FEſſa ſuam ſemper requiem natura requirit,*
*Alterna requie quod caret, omne perit.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## Qui ſemel impudens perpetuò manet.

*Perfrictæ frontis remanebit tempore cuncto,*
*Qui ſemel atq; iterum deſijt eſſe pudens.*

## Currenti non addendum calcar.

*NOn opus eſt ſtimulis ad aratrum cogere tauros,*
*Qui ſua dant promptè colla parata jugo.*

## Diſcendum eſt.

*Eſt, aliquid didiciſſe, decus: ſed dedecus illud,*
*Te didiciſſe parùm, vel didiciſſe nihil.*

## Docto tua crede.

*OMnia docto homini, rudibus nil credito aſellis,*
*Si benè curatas res cupis eſſe tuas.*

## Majora tuis viribus ne aggredere.

*SVccumbat tandem dura ſub mole neceſſe eſt,*
*Viribus aggreditur qui graviora ſuis.*

## Amor eſt immedicabilis.

*VIribus herbarum Medici mala ſingula tollunt,*
*Solus amor medicam ſpernit & horret opem.*

## Confeſsio ingenua placat.

*INgenuè ſaltem temet peccaſſe fatere,*
*Emendant humiles ferrea fata preces.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## Alio modo.

DEſinit eſſe nocens ſceleris quem pœnitet acti,
Adde preces, precibus flectitur ipſe Deus.

## Vita noſtra flos & fœnum eſt.

VT flos, ut fœnum, ſic noſtræ portio vitæ eſt,
Quam cùm ſtare putas firmiter, orbe fugit.

## Alio modo.

OMnis homo fœnum eſt, & ſicci pulveris inſtar
Gloria, mors vita, & vivere mortis iter.

## Sacris non immiſcenda profana.

NOn leve peccatum eſt ſacra immiſcere profanis,
Qui facit iratum ſentiet ille Deum.

## Cede Domino.

STultitia eſt ingens domino non cedere velle,
Qui ſapit ille ſuo cedere diſcat hero.

## Moderate bibe.

NUnquam plus potes, quàm corporis exigit uſus,
Nam fœdum magis eſt ebrietate nihil.

## Præcepta Decalogi duo.

PRima tibi ſit cura Deo confidere ſoli,
Altera vicinum proſequi amore tuum.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## Heroum filij noxæ.

*Degener heroũ plerunq; eſt ſanguine ſanguis,*
*Natus & egregij noxa pudenda patris.*

## Natura non mutatur.

*Ire doces claudum fruſtrà, cæcumq́; videre,*
*Naturam in melius vertere nemo poteſt.*

## Benemonenti obtempera.

*Exorbere tuum eſt, medicus quæcunq; propinat*
*Pharmaca: ſi ſpernis, debilis æger eris.*

## Præſentia ſerva.

*Quod ſemel amiſſum eſt, rarò reparatur id ipſum,*
*Si quid habes, ſerva: quæ periére ſine.*

## Taciturnitate multa diluuntur.

*Scommata vir prudens confutat amara ſilendo,*
*Garrula vir ſtultus claudere labra nequit.*

FINIS.

PETRI

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# PETRI LINDEBERGI ROSTOCHIENSIS

## *TERTIÆ PARTIS*

## LIBER QUARTUS, CONTINENS

*DISTICHORUM MORALIUM CENTURIAM ALTERAM.*

Se l'invidia foſse una febre, tut'il mundo morirebbe.

*SI foret invidiæ rabies certiſsima febris,*
*Certè jamdudum mundi obiiſſet opus.*

Alio modo.

*SI febris invidia, invidia eſset querquera febris,*
*Mortua jampridem tota fuiſset humus.*

Cho ſi va il mondo chi non ſa natar Va al fondo.

*HIc ſtatus eſt mundi, qui marmora fidere palmis*
*Neſcit, fluctivagis ille necatur aquis*

Alio modo

*HIc opus hic labor eſt, qui neſcit ſumere pennas*
*Deſinat, excidio ne graviore ruat.*

Chi,

Chi tutto abbraccia niente ſtrinſe.

*Qui maris unanimes dextra vult prendere arenas,*
*Is nihil, aut minimum, quod reprehendat, habet.*

Alio modo.

*Qui varias pelagi gliſcit conſtringere guttas,*
*Is lapidem demens, Æthiopemq; lavat.*

Fides rara avis in terris.

*Pauperis in menſa quàm rara eſt eſca ferina,*
*Tàm rara in toto nunc viget orbe fides.*

Alio modo.

*Exſulat orbe fides, ſuperasq; volavit in auras,*
*Quæ manſit terris, facta ferina caro eſt.*

Propria laus ſordet.

*Eſt levis, & nullo me judice, dignus honore,*
*Qui tumido laudes buccinat ore ſuas.*

Labor omnia vincit.

*Nil tam difficile eſt, quod non addiſcere poſſit*
*Ingenua ingenuus ſedulitate puer.*

Gloria odit pigritiam.

*Talpa velut ſolem faſtidit, noctua lucem,*
*Sic odit pigros gloria dia viros.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Uſus artium magiſter.

NIl præcepta juvant ſi non acceſſerit uſus,
Solus qui doctos efficit uſus erit.

Hodie diſce.

NUnc nunc diſce puer, præſto eſt occaſio, diſce,
Non cras, cras ſerum eſt diſcere, diſce hodie.

Chriſti meritis ſalvamur.

NOn meritis noſtris regnum cœleſte meremur.
Sed ſola in Chriſtum vivificante fide.

Divitijs utendum parcè.

DIvitijs fruere ac ſi inſtet jam funeris hora,
Parce, ac ſi mortis ſera ſit hora tuæ.

Quæ in juventute diſcuntur, in ſeni
retinentur.

QUæ ſemel impensè juvenilibus hauſimus annis,
Hæc retinemus item qualiacunq; ſenes.

Obſequium amicos, veritas odium
parit.

LIngua velut verax odium, ſic rurſus amicos
Mens ſibi multiplices obſequioſa parit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

## Adverſis cognoſcitur amicus

*Ut probat argentum fornax calidiſſima purum,*
*Sic, quæ vera, fides ſorte jocante patet.*

## Peregrinatio juveni prodeſt.

*Maxima laus juveni eſt peregrinas viſere terras,*
*Qui lupus eſt migret, blandula fiat ovis.*

## Luxus hominibus hodie ludus eſt.

*Biblia ſacra docet luxum ſcelus eſſe pudendum,*
*Contrà mens hominum luxurioſa decus.*

## Nulli credendum.

*Quod ſolus noviſſe cupis, non dixeris ulli,*
*Credita creduntur, dicere multa nocet.*

## Inveterata remanent.

*Difficile ex terris infixa revellitur arbor.*
*Cùm jam radices figere cœpit humo.*

## Quæ mutari nequeũt, ferenda ſunt.

*Omnia mortali ſunt exſuperanda ferendo,*
*Mutari nulla quæ ratione queunt.*

## Nemo propheta in patria acceptus.

*Sedibus in patrijs acceptus nemo propheta eſt.*
*Dantur ibi ſtudijs præmia rara bonis.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Divitibus vita brevis, egenis longa eſt.

DIvitibus terræ plerunq; breviſsima vita eſt,
At miſeris ævo longior una dies.

Munera placant etiam Deos.

MUneribus Regum placatur & ira Deorum,
Placatur donis Dux erebiq; datis.

Venus, vinum, veternns paupera

QUi Venere & vino nimiùm, indulgetq; veterno
Is, quamvis Crœſus ſit, tamen Irus erit.

Homo ingratus fractum vas eſt.

ET fractum & rimoſum ingratus homuncio vas eſt.
Omne quod infundis, protinus inde fluit.

Iram moderari res ardua.

QUi ſibi, quiq; ſuæ novit dominarier iræ,
Fortior eſt, quàm qui victor ab hoſte redit.

Ignotos contemnere ſtulti eſt.

QUi fatuos ſibi non notos pronunciat eſſe,
Ipſemet eſt fatuus, ſi vel Apollo foret.

Fortunam patientia vincit.

Perfer & obdura, ſortem patientia vincit,
Cras veniet læto ſole cupita dies.

Qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## Qui ſemel malus eſt, ſemper præſumitur.

*Qui ſemel eſt pravus, ſemper præſumitur eſſe,*
*Nam rarò in melius poſt revocatur iter.*

## Amor, labor & dolor nocent homini.

*Stultus amor, varius labor, innumeriq; dolores,*
*Ante diem efficiunt ut moriatur homo.*

## Tardus eſt ad pœnam & iram Deus.

*Ad pœnam tardus Deus eſt, & tardus ad iram,*
*Sed penſare ſolet, vi graviore moram.*

## Alio modo.

*Lenta quidem ira Dei eſt cæleſtis, pœnaq; lenta,*
*Poſtmodò ſed gravior, quo mage tarda, venit.*

## Gloria mundi vana eſt.

*Fallax & vana eſt fallacis gloria mundi,*
*Et levis, & brevis, & pulveris inſtar abit.*

## Iudex alteram quoque audiat partem.

*Altera quid dicat pars, judex audiat antè,*
*Nec dicat nocuos innocuosve prius.*

## Cœlum mutat ſtultus, non animum.

*Non animum ſtultus, ſed patria limina mutat,*
*Stultus abit peregrè, &, quando redibit, erit.*

## Euclionis bona dilapidator conſumit.

*Qui genium fraudat proprium potuq́; ciboq́;,*
*Illius abſumit dilapidator opes.*

## Omnis mutatio periculoſa.

*Fit ſine permagnis rarò mutatio turbis,*
*Quod præſens igitur, conſule quiſq; boni.*

## Vivendum ubi Deus cupit.

*Non noſtri arbitrij eſt, ubi vivere quiſq; velimus,*
*Aſt ubi ſupremus, vultq́;, cupitq́;, Deus.*

## Mature reſiſtendum morbo.

*Dum tempus patitur medicamine tollito morbum,*
*Corpus mihi languet, ſera medela venit.*

## Patientia prodeſt.

*Aſpera diſce pati, patientia proderit olim,*
*Crux brevis æternum pondus honoris habet.*

## Alio modo.

*Fer placidè ærumnas & Chriſto fidito ſoli*
*Non ſupra vires te premit ille tuas.*

## Magiſtratus venerandus.

*Sis humilis, dominiſq; tuis obſiſtere noli,*
*Eſſe magiſtratum vult in honore Deus,*

Mala

## Mala crux dives femina.

*PEjus in orbe nihil toto eſt, quàm femina dives,*
*Cùm non nummoſo traditur illa viro.*

## Deus dat ſuis in ſomno.

*TErrenas domino prorſus committito curas,*
*Semper is in ſomno dat ſua dona pijs.*

## Modus ubiq; ſervandus.

*OMnibus in rebus modus eſt ſervandus honeſtus,*
*Ne facias nimium quid, faciasq́; minus.*

## Mendace nihil eſt odioſius.

*IN terris nihil mendace eſt odioſius ore,*
*Verbera enim verbis ſuſcitat, atq; necem.*

## Fortuna inſtabilis eſt.

*NOn Fortuna diu felicibus ambulat alis,*
*Nunc eſt, æqua malis, nunc inimica bonis.*

## Nil contra mortem.

*NOn vitare poteſt hominis ſapientia fatum,*
*Nam ſunt cuncta Deo ſubdita, cuncta neci.*

## In ultimis Deus præſto eſt.

*EMicat in media Domini miſeratio morte,*
*Ac tum præſto tibi eſt, cùm procul eſſe putas.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## Non ſemper conſilia procedunt.

NOn prudens ſemper benè conſultatio cedit,
Optima ſæpe ſuo vota tenore carent.

## Solus Deus auxilium noſtrum.

EſT mera ſtultitia ex rebus pendere caducis,
Auxilium à Domino, non aliunde venit.

## Bonis adjuncta ſemper mala.

EX omni non eſt qui vivit parte beatus,
Sunt mala juncta bonis, & bona mixta malis.

## Vita una, ſed innumeræ mortes.

Unica cùm noſtræ ſit tantùm guttula vitæ,
Mille tamen mortes nos ſine fine petunt.

## Ætati & formæ non confide.

ÆTati & formæ prorſus confidere noli,
Ætas ut volucris, forma ut imago fugit.

## Abſque Deo excubiæ urbis vanæ.

NI Deus aſſervet, noſtram & communiat urbem,
Nil ſtudium, atq; labor, excubiæq; valent.

## Parcius de Principibus loquendum.

DE magnis dominis parcè cautèq; loquare,
Ne vox per jugulum tendat amara tuum.

## Aulicus felix.

*Qui bonus & felix longe cupis Aulicus eſſe,*
*Non Aulæ nimium ſis procul, atq; prope.*

## Verbum Dei hominis meditatio.

*Abſq; Dei verbo, tanquam caligine preſſus,*
*Nil habet, ulterius quod meditetur, homo.*

## Ab amico reconciliato cave.

*Non adhibeto fidem placato rurſus amico,*
*Si nequit ingenuè, calliditate nocet.*

## Ars ſine lucro vana.

*Quiſq; ſuis optat gravibus diteſcere curis,*
*Spem lucri demas, ars nihil omnis erit.*

## Precibus placatur Deus.

*Æternum ſupplex implora numen & ora,*
*Supplicibus votis flectitur ira Dei.*

## Impia vis non diu durat.

*Nulla diu in regnis violenta potentia durat,*
*Caſtigat ſemper facta ſceleſta Deus.*

## Non tempora, ſed homines mali ſunt,

*Tempora nil peccant, nec ſunt hæc tempora prava,*
*Sed pravus, qui ſic tempora pravat, homo eſt.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Cur, & cui vivas, diſce.

*Cui vivas & cur vivas, homo, noſcere diſce,*
*Si facis hoc, cœlo vivere dignus eris.*

Qui benè docet, & malè vivit, offert Deo linguam, & diabolo animam.

*Ille Deo linguam, ſed mentem dedicat orco,*
*Cui ſua doctrinæ diſſona vita piæ eſt.*

Fortunæ adverſæ cede.

*Dum furit inſanis Fortuna infida procellis,*
*Illi crede gravi pectore, crede nihil.*

Abſque Deo & animoſitate prælia nulla.

*Abſq; Deo, fortiq; animo qui prælia miſcet,*
*Sæpe luit culpæ debita damna ſuæ.*

Fata manent etiam urbes.

*Fata manent urbes etiam, cogentibus illis,*
*Accreſcunt, triſti deficiuntq; vice.*

Alta omnia periculoſa.

*Obvia fulminibus ſublimi eſt culmine quercus,*
*In tuto frutices ſtantq; latentq; loco.*

## Ab alijs exemplum capiendum.

*Exemplum ex alijs ſemper tibi ſumito, & inde*
*Diſcito quid deceat, quid deceatq́; minus.*

## Si Deus pro nobis, quis contra nos.

*Si Deus eſt unus qui nos & noſtra tuetur,*
*Nos & noſtra malum lædere quid poterit?*

## Præſentia cura.

*Quod tibi nunc præſens eſt, cura, & craſtina mitte,*
*Inveniet certum craſtina cura locum.*

## Pericula non neceſſaria vitanda.

*Qui ſe conſultò in capitis diſcrimina dedunt,*
*Non Deus his, nec homo, ſubſidio eſſe poteſt.*

## Deus cor reſpicit.

*Non externa Deus, ſed pectoris intima ſpectat,*
*Plærunq; externis fucus ineſſe ſolet.*

## Nimia familiaritas contemptum parit.

*Maturè caveas ulli nimis eſſe ſodalis,*
*Namq; hoc contemptum, damnaq́; multa parit.*

## Si potes eſto tuus.

*Ne ſis alterius famulus, Regisq́; miniſter,*
*Sed tuus & quoquo ſi potes, eſto modo.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

## Ex operibùs cognoſcitur homo.

QUæ libet ex fructu veluti cognoſcitur arbor,
Sic opere ex ipſo noſcitur omnis homo.

## Beneficiorum memoria brevis.

PRæpropere ex animis hominum benefacta recedunt
Non autem è læſo, tàm citò, corde dolor.

## Conſilium externum peſtilens.

NVlla lues citius generoſas deſtruit urbes
Quám rerum externis credita cura viris.

## Malè parta, malè dilabuntur.

UT res parta venit, ſic rurſum diffluit illa,
Non poſſunt recte cedere, parta malè.

## Fortunæ vis nulla.

NIl prorſus Fortuna poteſt, nil invida fata,
Omnia ſupremus volvit agitq; Deus

## Major pars concludit,

REbus in ambiguis, cum vota hinc inde leguntur,
Semper, quæ numero ſunt potiora, valent.

## Fides hodie parva

MAgna fides quondam parvo diplomate ſtabat
Nunc bullis magnis parva ſtat orbe fides.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## Pejora citiùs nunciantur.

MOmento penitus ſparguntur peſsima ſemper,
Contrà poſt multos optima quæq; dies

## Vulnera immedicabilia.

NE ſeps dente ſuo te ſtringat, & ore ſacerdos,
Proſpice, nam rarò vulnus utrumq; coit.

## Magna promiſsa & dextræ multæ in aulis.

AVrea promiſsa, & dextræ traduntur in aulis,
Tradere qui cupiat pectora, nullus adeſt.

## Malè educatus quis.

QUi patrijs inſtar vituli eſt eductus in oris,
Is bos indomitus poſtmodò ſemper erit;

## Infortunia tege.

SI tibi quid dederit Fortuna inimica ſiniſtri,
Ne fias hoſti fabula, ritè tege.

## Nemo ante obitum eſt judicandus.

ANte obitum nemo miſer eſt, felixq; vocandus,
Inter enim calicem, labraq;, multa cadunt.

## Sponte facias facienda.

SPonte tua facias, quæ ſunt facienda coacto,
Et labor auſterus ſic levis omnis erit.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Pauperies honeſta melior divitijs improbis.

*PAuperiem præſtat toleres ſine crimine honeſtam,*
*Quàm teneas ſummas dedecoroſus opes.*

Mors quærit occaſionem.

*CUm veniant ultrò, ſimulant ſe fata vocari,*
*Cauſſam mors aliquam ſemper habere cupit.*

Nullum eſt contra mortem pharmacum.

*ADverſus rigidæ crudelia fulmina mortis,*
*Non aurum vel honor, vel medicina valet.*

Mors eſt ubique.

*INcertum eſt, quando ac ubi, te mors certa manebit,*
*Illam igitur, ſemper promptus, ubiq; mane.*

Chriſto fidens non peribit.

*ESt ſervare Dei proprium ſed perdere mundi,*
*Ergo Deo fidens non perijſſe poteſt.*

Chriſto ſoli me commendo.

*IUxta velle tuum me do tibi Chriſte regendum,*
*Sum promptus ſi vis, vivere, ſumq; mori.*

Finis palmam habet.

*SEmina principij ſunt lubrica, proſpice finem,*
*Si finis bonus eſt, cuncta fuere bona.*

Finis totius operis.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

NDEX
iuxta S


Albertus Ba
Addua fl:
Adula mons
Albertus M
maniæ dictu
Aldus Manu
Alexander
Alemanus f
Alpes
Ambroſius
Amibroſius C
Annibal
Antverpia
Apenus fons
Apenninus a
Aqua pende
Argentorat
burg.
Arnus fl.
Auguſta R
vicum Auſt
Baſileam a
Auguſta Vi


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# INDEX TOTIVS OPERIS iuxta Seriem Alphabeti digeſtus.


*Albertus Baro ab Heideck. fol.* 136

*Addua fl: fol.* 68

*Adula mons in finibus Italiæ. fol,* 68

*Albertus Marchio Brandenburgicus, Achilles Germaniæ dictus fol.* 8.

*Aldus Manutius, fol.* 29 & 59

*Alexander Magnus fol:* 6

*Alemanus fl: fol.* 56

*Alpes fol.* 57

*Ambroſius Epiſcopus Mediol. fol.* 17

*AmibroſiusCalepinus fol* 17 & 67

*Annibal fol:* 6

*Antverpia fol.* 32

*Aponus fons calidis aquis haud longè à Patavio fol.* 61

*Apenninus altiſsimus mons Hetruriæ fol.* 62

*Aqua pendens oppidum Hetruriæ. fol.* 57

*Argentoratum vel Argentina olim Trebocorum Straſburg. fol.* 33& 71

*Arnus fl. Thuſſiæ fol.* 63

*Auguſta Rauracorum olim vrbs maxima nunc in vicum Auſt redacta, ſita miliare germanicum ſupra Baſileam ad Rhenum. fol.* 70

*Auguſta Vindelicorum ad Lycũ amnem ſita, Aυſsburg. fol.* 33 & 50

Att ius Plautus fol.

B

Balthaſar Gule Conſul Roſtothienſiß fol.
Bartholdus Kuhlerus fol.
Baſilea fol. 34 &
Belinzona vrbs ad Ticinum fol.
Benacus lacus ciſalpinæ Galliæ fol.
Bernicus fl. Rhetiæ fol.
Berna vrbs Helvetiæ potentiſſima fol. 36 &
Berlinum vrbs Marchiæ fol.
Bernhardus Hedericus fol.
Bononia vrbs Æmiliæ olim Felſina nunc Bologna fol.
35 &
Brixina oppidum Rhetiæ Epiſcopale Brixen fol.
Brandenburgum, vrbs Marchiæ Sabini Patria, fol.
Bredenbergū arx firmiſſima Henrici Ranzovij
Vicarij in Holſatiâ fol. 41 &
Broccus vel Bructerus der Bloksberg fol. 66
Brunſuiga. fol, 36 &

C

Canutus Magnus, Rex Daniæ, Suetiæ Norvegiæ
Angliæ & Normanniæ fol.
Caius Ranzovius. H. R. Filius
fol. 148 &
Capitolinus mons urbis Romæ fol. 65

CArol

rolus Magnus Imperator fol. 7

rolus V Imperator fol, 8

rolus Dux Auſtriæ fol. 123

rolus Sigonius fol. 24 & 62

ſparus Gantius fol. 136

tharina Rantzovia, cœnobij Itzehouieñſis Abbatiſsa fol 153

lius Calcagninus fol. 27

Valerius Catullus fol. 15

ſilium urbs Haßiæ fol. 73

riſtianus 3. Rex Daniæ fol 8

riſtianus IV hodiernus Rex Daniæ fol. 9

riſtophorus Dux Megapolitanm fol. 99. 133 108

riſtophorus Longolius fol, 19

riſtophorus VVendinus fol. 123

riſtianus Diſtelmejer Electoris Brandeburgici Cancellarius fol. 14

burgum urbs Franciæ fol. 55

mum urbs Inſubrum, patria Iovij fol. 68

nradus Geſnerus fol. 22

ſmus Medices magnus dux Hetruriæ fol. 9.

emera fl Hetruriæ fol. 65

onebu ga Arx pulcherrima & firmißima Regis Daniæ fol. 40

uria urbs Helvetiæ fol. 69




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

D

*Dania* fol.
*Daniel Ranzovius, Imperator exercitus Danici in*
*ciam ſub Friderico ſecundo.* fol.
*Daniel Rantzovius Petri Filius* fol.
*Dauid Chytræus* fol. 276
*Dithmarſia* fol.

E

*Erffradt aula Henrici Ranzovÿ in Holſatia* fol.
*Erphordia, urbs Turingiæ* fol.
*Eobaldus Brummerus* fol.
*Ellus fluvius Alſatiæ* fol.
*Eridanus fl. Aemiliæ* fol.
*Erasmus Roterodamus* fol.

F

*Favariæ thermæ* fol.
*Faliscum opp. Hetruriæ* fol.
*Feltria op: Rhetiæ primæ* fol.
*Ferraria urbs Aemiliæ ad Padum ſita* fol.

ſulæ Hetruriæ, nunc deſertæ fol, 63
rentia, urbs pulcherrima Hetruriæ fol. 35 & 63
ancofordia urbs Imperialis ad Mœnum fol 34 & 72
ancofordia ad Viadrum in Marchiâ fol, 39
iburgum Briſgaviæ fol. 70
anciſcus Hotomannus I. C. fol. 26 & 138
anciſcus ab Halle fol. 154
idericus II, Rex Daniæ fol 9 129 130 & 160
idericus Dux Holſatiæ fol. 131
idericus Rantzovius Hen: Ranz: Vicarij Filius fol, 13 & 147

G

eorgius Sabinus fol. 22
eorgius Trapezuntius fol. 17
eorgius Suartzius fol. 142
erhardus Rantzovius fol, 152
erhardus VValſtorpius fol. 156
odefridus Bulionius fol. 8
othardus Dux Curlandiæ fol, 131
oßlaria fol 74
ottingia fol, 73
uilhelmus Budæus fol. 20
uilhelmus Dux Curlandiæ Rector Academiæ Roſt: fol 11

Guſtrovium oppidum ducatus Megapolitani fo
Gronouu opp: H. Rantz. fol

H

Hallandia fol
Hafnia, metropolis Daniæ, & ſedes Regum fol.
Hala. fol
Hamburga fol
Haßia fol
Hattſtedia arx H. Rantz. fol.
Heidelberga fol.
Helmſtadium fol
Henricus Condæus fol
Henricus Guiſius fol
Henricus Ranzovius Vicarius Daniæ Regis fol.
84. 173. 178. 179. 182
Henricus Ramelius fol
Henricus Huſanus fol. 25 &
Henricus Stephanus fol
Henricus Rungius Conſul Roſtochienſis. fol.
Henricus Gladovius fol
Hercules Stroza fol
Hermolaus Barbarus fol
Holſatia fol.
Hercynia ſila fol

## I

Iacobus Cujacius fol 26 & 138
Iacobus Heinius fol 125
Iaſon Mainius fol 19
Ida Ranzovia H.R.neptis fol 158
Ioannes Ranzovius Eques auratus & Henrici Vicarij pater fol. 12 & 174
Ioannes Georgius Elector Brandenburgicus. fol. 10
Ioachimus Fridericus Adminiſtrator Magdeburgenſis fol. 10
Ioannes Sigiſmundus Marchio Brandeēburgicus Adm. ſtius fol 15
Ioannes de Trautſon baro, fol 137
Ioannes Sturmius fol 26
Ioannes Borcholt fol 27 & 74
Ioannes Caſelius fol 28.74 & 161
Ioannes Georg: Godelmannus fol 165
Ioannes Poſſelius ſenior fol 138
Ioannes Major. fol 29.53
Ioannes Neovinus fol 167
Ioannes Bunſovius fol 90
Ioannes Broberus Conſul Roſtochienſis fol 139



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Ioachimus Minſingerus fol:
Ioachimus Camerarius fol 23 &
Ioachimus Henetus fol
Ioachimus VVeſtphalus, fol
Ioachimus Pontanus fol
Iulius Cæſar fol:
Iulius Cæſar Scaliger fol
Iuſtus Lipſius fol
Iura mons Galliæ, Sequanos ab Helvetijs dividens fol

L

Lambertus Diſtelmejerus Cancellarius Electoris Brandeb: fol
Lanus fl: fol
Larius lacus Cumerſee in Inſubria fol
Laurentius Valla fol
Lipſia fol 38 &
Limagus fl: Helvetiæ fol
Lucas Bacmeiſterus fol 75 &
Ludoicus Comes ab Eberſtein fol:
Lubeca fol 34 &
Lunaburga fol 37 &
Ludoicus Vives fol
Lutetia fol
Lycus fl: in Rhetia fol

M

Mahomet Perſarum Rex fol 129
Magdeburga fol 32
M. Antonius Muretus fol 24 & 66
Mantua fol 36 & 67
Marcus Muſurus fol 18
Marpurgum fol 73
Magdalena Ranzovia fol 157
Maria Suecica fol 135
Martinus Cruſius fol 28
Martinus Plecius fol 121
Matthæus VVeſenbecius fol 25 & 53
Mediolanum fol 31 & 68
Melbelk arx Henr: Ranz: fol 45
Meſtrum fol 59
Mœnus fl· ſeu Moganus fol 72
Mincius fl: prope Mantuam fol 67
Muranum fol: 60

N

Neccarus fl: aliàs Nicer vel Nicrus Der Necker 72
Neapolis fol 31
Nicolaus Alefeldius. fol 88 & 164
Nicolaus Doſsius fol 113
Nicol: Lindebergius Eccleaſt. Suerinenſis fol 162
Noriberga fol 33 & 55
Nuchel aula H. R. fol 48
Nutſchou arx H. R. fol 47

O

Obeliſcus Segebergenſis fol [illegible]
Oenipons urbs Rhetiæ fol [illegible]
Oſenna mons Hetruriæ fol [illegible]
Ovendorp fol [illegible]

P

Paulus Iovius fol [illegible]
Paulus Manutius fol 25
Patavium fol 35 & [illegible]
Petrus Ranzovius fol 81 & [illegible]
Petrus Bembus fol [illegible]
Petrus Victorius fol 24 & [illegible]
Petrus Brandt fol [illegible]
Philippus Decius fol [illegible]
Philippus Comes ab Hanouu fol [illegible]
Pleſſura fl. fol 169
Plinius Secundus fol [illegible]
Priſuualcum fol [illegible]
Pyramis Segebergenſis fol & 176 177 [illegible]

R

Rænzovisholmia arx H.R.Vicarij fol 44
Raozouu aula ejuſdem fol 49
Redingſtorp arx ejuſdem fol 46
Regneſſus fl. fol [illegible]
Rhenus Germaniæ fol 69
Rhintlemia aula H.R. fol [illegible]
Roma fol 30 65 & 66

Ro-

Roſtochium fol 37. 51. & 76

S

Senæ urbs fol 53
Semana pars ſilvæ Hercinia fol 55
Schonga fol 57
Sleſviga fol 39
Sixtus V. Pontifex fol 66 & 128
Simon Pauli fol 76
Spandovia arx Electoris Brandeburgici firmiſſima fol 48
Suaveſtedia, Arx Epiſcopi Sleſvicenſis fol 42
Suabacchum, Noricorum Cereviſia nobile fol 56
Sutrium Hetruriæ. fol 65
Suerinum fol 75
Symbolum Friderici Daniæ Regis fol 184
Symbolum Danielis Ranzovij fol 184
Symbolum Henrici Ranzovij fol 183

T

Tarviſium, Totilæ patria fol 59
Treboci populi, nunc Alſatij fol 63
Tridentum Rhetiæ urbs fol 59
Theodoricus Ranzovius fol 146
Theodoricus ab Halle fol 155
Thomas Eraſtus fol 23

*Tigurum, urbs Helvetiæ* fol 36 & 69
*Titus Livius* fol 16
*Tuſchenbeck aula H.R.* fol 44
*Travus vel Trava* fol. [illegible]

*V*

*Valerius Flaccus* fol [illegible]
*VVandesburg arx H.R.* fol [illegible]
*VValſtadium* fol [illegible]
*Vacuneſus fl:* fol [illegible]
*Venetiæ* fol 30 59 & [illegible]
*Verona, Catulli patria* fol 36 & 6[illegible]
*Vetulonia, Hetruriæ* fol [illegible]
*Vicentia* fol [illegible]
*Vienna* fol [illegible]
*Vinda fl:* fol [illegible]
*Viterbum* fol [illegible]
*Viſur-is fl:* fol [illegible]
*Virgilius Maro* fol [illegible]
*VViteberga* fol [illegible]
*VVipertus II. Comes Groitzenſis* fol [illegible]
*VVipertus III Comes Groitz:* fol [illegible]
*VViſmaria* fol [illegible]
*Vdalricus dux Holſatiæ* fol [illegible]
*Voluſius poëta* fol [illegible]

FINIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## ÆQVO LECTORI
### *Typographus.*

CVm ſatius ſit prævenire, quàm præveniri, quēadmodū Iureconſultorū habet præceptio; Et factum infectū fieri nequeat, ſecundū Comicum, ne abſenti Authori negligentiæ macula inureretur, non grauabimur ΣΦΑΛΜΑΤΑ præcipua, quæ operarum noſtrarum, limam correctoris interdum prævertentium feſtinatione, non dicemus incuriâ irrepſerunt, hic adjicere, ut ſubiectâ notatione, te, quicūq; es, candide Lector, utcunq; ſublevaremus & exuſcitaremus. Summo opere inſuper rogantes, obſecrantes, ut ubicunq; dormitatum eſt, vigilantiâ & accuratiore tuo ſtudio ſuppetias feras, ac interpunctiones, quas non ſatis attentè multis in locis à nobis obſervatas Auctor queritur, tuo Marte emendes, Salve.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

In fronte operis verſic: 17 pro qui
lege Cui nonnulla &c. Fol: 2 verſ: 2.
Quæ legit & vidit. Omitte &.
Fol:7 verſ:14. pro magna lege magnus.
Fol:8. verſ:22 pro ſed eſt lege Si
Fol 14 verſ: 19 pro Neque l. Meq;
Ibidem verſ: 20 pro quavis l. qualis.
Fol: 15. verſ: 19 pro eſt. l. es.
Fol: 17. verſ: 13 pro eris. l. erjt.
Fol:18 verſ:2 pro certe l. cette id eſt cedite,
Fol: 20 verſ.10 pro toitus lege totius.
Fol: 21 verſ.17 lege Quodq; pluat.
Fol. 23 verſ.16 l. ut trifidum radijs illuminat orbem.
Fol: 27 verſ. ult. l. eloquiove prior.
Fol:30 verſ.14 l. pro Cardinei, Cardineis patribus.
Fol:41 verſ.6 l. delerier.
Fol 49 verſ.2 l. pto mens, meus
Fol:52: verſ.6 l. pro camio. camino.
Fol.52. 54 &c. diſtingue verſus interpunctionibus, comatibus &c.
Fol 61 verſ. 2 l. Voluſiusq; ipſus &c.

Fol.63

Fol.63 verſ. ult. Et calidos fontes&c.
Fol.64 verſ. 6 l. ulterius.
Ibidem verſ. 9 pro ſperare l. ſperate.
Fol.68 verſ. pro domus, domos.
Fol.75. verſ. penult. l. aulaq́; venuſtâ.
Fol.82 verſ. 1. l. Elegiæ & poëmata.
Ibidem verſ. 9. pro cumulos l. cumul⁹.
Fol.83. verſ. 22. pro fata l. fato.
Fol.93 verſ 19. pro abſecro l. obſecro.
Fol.94 verſ. 16. remove in.
Fol.97 verſ. 4 l. I.U.D. U. pro N.
Fol.103 verſ.17 pro ſubiti l. ſubijt.
Fol.105 verſ. 4 l pro in aëre, in aëra.
Fol. 108 verſ. penult. pro craſtinum l. craſtinus.
Fol 110. verſ. 5. l. pro igne, ignes.
Fol.112 verſ.21 l. pro caſtos, coctos.
Ibidem verſ. 23. l. ſemperviva &c.
Fol.115. verſ, 15. pro ſuncto l. uncto.
Fol 108. verſ. penult. l. Nymphen.
Fol.122. verſ. 3 l. Sed genitor.
Fol.138 verſ. 12. pro oſtēſās, oſtentent
Fol.140 verſ. 3. pro ipſiusq́;, ipſusq́;.
Ibidem verſ. 7 l. Summo quæ munia planctu, non numina.

Fol

Fol.154.verſ.16.l. Sic fuit in fatis,no
vatis,per V. Fol.164.verſ. 7 pro ho
nore l.honoro. Fol.170 verſ.8 l. nihil
Fol.172.verſ.10 pro multo l. muſto.
Fol:173.verſ 10 l. prorex-
Fol 175 verſ. penult.l. pro Vigil
Quot ſunt Virgiliæ.
Fol.177 verſ.15.l. Jam nunc Ranzov
ſtruxit non arte minori.
Fol.179 verſ. 4.l.celebravi.
Ibidem verſ.13.pro politas l.polita.
Fol.184.verſ. penult l.pro Wiperti
Wiperti.
Fol.197.verſ.penult.l.Certius eſt ce
to, non ex certo.
Fol.202.verſ.3.l. Iudico prudente
Fol.213.verſ. 7 pro fiat l.fiet.
Fol.216.verſ.13.l.corpus ubi langue
non mihi languet.
Fol.217 verſ. 12 l. In terris nil men
ce eſt odioſi' ore,non,nihil. (
Fol.120.verſ 12l. Illi cede gravi pe
Fol. 121 verſ.16.pro plærũq; l.plerũ
Reliquos operarum lapſus non indo
ctiſsimus quisq; facile animadverte

# HENRICI RANZOVII REGII IN DUCATIBUS VICARII

Epigrammatum in heróes & viros quoſdam Marte & arte clariſsimos, quorum effigies in arce BREDENBERGA viſuntur, libellus, ob argumenti affinitatem hûc adjectus & primò editus ANTVERPIÆ, A.C. 1581. & ad illa tempora accommodatus.

CVI IN FINE NONNVLLA ITIDEM PARTIM *proſa partim carmine conſcripta ex Lauterbachio & aliis, de Cimbris, eorumq; origine, Nomine, fortitudine & fidelitate, addita ſunt, lectu jucundiſsima.*

HAMBURGI

*Excudebat Henricus Steinbach, typis hæred. Iacobi VVolfij.*

ANNO

M. D.XCII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# HENRICUS RANZOVIUS AD SPECTATOREM.

SCipio cùm Romæ ſtatuas ſpectaret avorum,
Hæc ad Virtutem ſunt mihi Calcar, ait:
Hos quoq́; quis ſpectet referẽtes inclyta facta:
Siq́; aliquo tangi laudis amore neget?
Quanquam diverſis ſint in regionibus orti,
Omnes æternum promeruere decus.

# IOSUA DUX POPULI ISRAELITICI.

ASpice, Numides ego ſum, qui maximus armis
Pro populo geſsi bella cruenta meo.
Promiſſamq́; diu cæſis cultoribus enſe,
Diſtribui jacta ſorte dediq́; plagam.
Triginta numero Reges (quis credat) & unum
Hæc mea divina dextera fudit ope.
Et mihi Iordanis tacitis immobilis undis,
Solq́; retardatis conſtitit altus Equis.
Eſſe typum Chriſti factis & nomine. quisquis
Me putat, hic ſeſe quo tueatur, habet.

## ALITER.

IOſua terdenos reges, unumq́; peremi,
Occupo promiſſi arui ſera regna ſoli.

*Sol quoq; biſſenis lucens immobilis horis,*
*In medio Cœli, me cupiente, ſtetit.*

## DAVID, REX ISRAELITICUS.

*Parvus eram, pecudumq́; gregē per rura ſequebar,*
*Extulit ad regni de grege ſceptra Deus.*
*Et Leo prædator, Violentus & Unguibus Urſus,*
*Occiſi manibus procubuere meis.*
*Ore Philiſtæus terram indignante momordit,*
*Immanem letho quem mea funda dedit.*
*Laberis in Crimen quisquis malè providus ingens,*
*Ne Venia culpam crede carere tuam.*
*Me quoq; mens in grande ſcelus cæca impulit, at non*
*Gratia lugenti ſacra negata fuit.*

## ALITER.

*Sum Dauid, quondam caulæ, nunc arbiter aulæ,*
*Proq́; pedo Vili regia ſceptra gero.*
*Gathiten funda ſterno ſtridente Goliam,*
*Bis quino fermè qui pede longus erat.*

## JUDAS MACHABÆUS, Rex Iudaicus,

*Ut Leo conſpectum ruit iracundus in hoſtem,*
*Et ferus illata Vulnera ſtrage facit:*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Sic ego commotis in prælia Viribus ibam,*
*Pro patriæ capiens legibus arma meæ.*
*EXcidiumq; urbi ſacræ gentiq; minantes*
*Sæpe trucidavi, Marte favente, Viros.*
*Pulcrius eſt Viſum paucos opponere multis,*
*Vertere quam turpi terga pudenda fuga.*
*Sic me conjeci medios moriturus in hoſtes,*
*Et mihi mors voto digna reperta meo eſt.*

## ALITER.

*EN ego ſum Iudas Machabææ gloria ſtirpis,*
*Qui nullis unquam terga pudenda dedi.*
*Pro grege, proq; ſacris pulchrā per vulnera mortē*
*Oppetij, inde virum cuncta per ora volo.*

## HECTOR, DUX TROIANUS.

*ARgolicis terrore ducibus dum fata ſinebant,*
*Proq; meis murus Civibus Hector eram.*
*In decimo primum quod concidit Ilion anno,*
*Nemo negat factum viribus eſſe meis.*
*Phylacides per me Antilochusq; Menœtiadesq;*
*Præterea plures occubuere Duces.*
*Quid querar? Unius pervenit crimen ad omnes,*
*Et caput oppreßit publica pœna meum.*
*Fraude locum captans vita ſpoliavit Achilles,*
*Et rapidis circum mœnia traxit Equis*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## ALITER,

*Murus ego patriæ pereuntis aheneus Hector,*
*Dimico pro Troia per duo luſtra mea:*
*Vulnifica multos transfigo Cuſpide Graios,*
*Fortis at à forti Victus Achille cado.*

## ALEXANDER REX MACEdoniæ.

*At quis Alexandrum? quis facta perennia neſcit,*
*Orbe quibus toto notus ad aſtra feror?*
*Nomine ſicut eram magnus, ſic maximus armis,*
*Terga fugæ nunquam Victus ab hoſte dedi.*
*Imperium extendi, qua decolor Indus oberrat,*
*Et qua Riphæas verberat aura nives.*
*Perſide ſe victa totus mihi ſubdidit orbis:*
*Sed mihi tunc orbis non ſatis unus erat.*
*Mors ſatis una fuit, luxu faſtuq; tumentem*
*Quæ me ſub terras abſtulit ante diem.*

## ALITER.

*Dicor Alexander factis & nomine magnus,*
*Cui juveni totus ſubditus orbis erat.*
*Par mihi nemo foret, modicè ſi vina bibiſſem:*
*Interitu luxum diſce cavere meo.*

CAJUS

# CAJUS JULIUS CÆSAR MO-narcha Romanus.

NOn ego ſum duris tantùm ſpectatus in armis,
Et mea doctrinæ nomine fama viget.
Sequana quis bello fuerim, Rhenusq; fatentur,
Et mihi cum toto ſubditus orbe Tybris.
Quis fuerim ſceptris monumenta relicta loquuntur,
Quæq; manu geſſi bella legenda dedi.
Nec ſatis hoc: etiam cœlum ſcrutabar & aſtra,
Hinc meus æternum permanet annus opus.
Immemores tellus homines producit ubiq;,
Hoc queror, hæc fati cauſſa necisq; meæ.

## ALITER.

QUinquagena inij collatis prælia ſignis
Auctor Romani Iulius imperij:
Quìis vitam dederam, ſæva me morte trucidant:
Pro meritis reddunt ſic mala facta meis.

## DE C. JULIO CÆSARE.

QUando ſeneſcenti ſubierunt ferrea mundo
Secula, tunc ferro pervius orbis erat:
Et ferro abſtruſas perrupit Iulius oras,
Et ſummi Imperij quartus hic autor erat.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Quiq; penetranti ſuperaverat omnia ferro,*
*Non niſi ferri acie Victus & ipſe fuit.*
*Cumq; tot effuſo præmiſit ſanguine manes,*
*Haud ſiccum moriens ad Styga fecit iter.*

## DE COMETA POST MORTEM C. Iulij Cæſaris conſpecto.

*NOn modò te tellus luxit: quin, maxime Iuli,*
*Funeream Cœlum fert tibi triſte facem*

## HERMINIUS, DUX GERMAnorum.

*NEc ducibus Virtute minor, nec fortibus armis*
*Græcia quos jactat magnaq; Roma, fui.*
*Quod nimis impenſum eſt illis, mihi defuit*
*Nullaq; de factis edita ſcripta meis. (uni*
*Unicus inventus Tacitus, qui noſtra tacere*
*Noluit: hunc de me conſule, certus eris.*
*Hic tibi narrabit, per me Germania Victrix,*
*Ut ſit depulſo libera facta jugo:*
*Et duce cum Varo ſtratis legionibus, illa*
*In quanto fuerit Martia Roma metu.*

## ALITER,

*HErminius Latias delevi ego Saxo Catervas,*
*Vix ubi prima mihi barba reſecta fuit.*

*Herminius*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*e metuens Cæſar, Vare, ô Vare, ocyus, inquit,*
*Redde aquilas Romæ robora, redde aquilas.*

## IN EUNDEM HERMINIUM.

*COnceſſum eſt multis Italas infringere vires,*
*Celſaq́; Romulidûm colla domare ducum,*
*Cùm Pyrrhum, Hannibalẽ torvum Cimbrosq́; potentes*
*Senſit & Argolicas, Armeniæq́; manus:*
*At domitrix orbis ſtaret cùm maxima Roma,*
*Herminij primùm territa Marte fuit,*
*Clamavitq́; metu: |Quintili redde cohortes:*
*Imminet heu Capiti gens truculenta meo:*
*Cùm præſaga, graves quas attulit Attila, clades*
*Horruit, ad Boreæ pallida ſæpe minas.*

## ARTURUS, REX BRITANNIÆ.

*QUi vocor Arturus, me Gallia nominat Artum:*
*Paruit imperio terra Britanna meo.*
*Non me ſceptra tulit quisquam præſtantior,*
*Egregius belli laude togæq́; fui. (illis*
*Nomina quæ monſtrat procerum virtute potentum*
*Hæc eſt, inventum, menſa rotunda, meum.*
*Saxonas & Dacos domui, Romanaq́; fudi*
*Agmina, quæ regno damna dedêre meo.*
*Optima prima cadunt: ſic firmus & integer annis*
*Occido: me, regni ſceptra, cadente, cadunt.*

## ALITER.

BArbariem objectat cum Graijs Roma ſuperbis,
Barbariem præ ſe num mea facta ferunt?
Sum pius Arturus, nulli pietate ſecundum
Dixeris, in bello ſum Leo, pace Pater.

## CAROLUS MAGNUS, PRIMUS Imperator Germanicus.

QUis me Iure neget Magni cognomen adeptum,
Quin titulus factis eſt minor ipſe meis.
Floruit optata ſub me Duce Gallia pace:
Pannonijs fuſus concidit Hunnus agris:
Itala ſublatis tellus pacata Tyrannis,
Pulſus & eſt oris hoſtis, Ibere, tuis.
Imperij per me ſedes Germania facta:
Saxonis eſt Chriſti terra profeſſa fidem.
Me quoq; neglectis, duce, reddita gloria Muſis:
Ipſe repurgatæ nec rudis artis eram.

## ALITER.

TE quater octonos debello Carolus annos,
Ut celebres vivum, maſcule Saxo, Deum.
Hic ſcopus, hæc regum belli ſit norma movendi,
Proq; gerant aris prælia, proq; focis.

CANUTUS

## CANUTUS MAGNUS REX DA-
## Daniæ, Sueciæ, Norvvegiæ, Angliæ & Normanniæ.

*Deſine mirari, quos garrula laudibus effert*
*Græcia, quos iactat Roma ſuperba, duces:*
*Danica me nulli veteres virtute ſecundum*
*Edidit Hyberno terra propinqua freto:*
*Facta mihi magni pepererunt inclyta nomen,*
*Quinq; ſub imperio regna fuere meo.*
*Me ſibi delegit ſocerum, qui tertius Orbis*
*Arbiter, Henricus nomine, ſceptra tulit.*
*Iuſtitia præclarus eram, Regesq; potentes*
*Subiectos docui legibus eſſe ſuis.*

## ALITER.

*Iuſtitiæ belline prius mireris honorem,*
*Addubites, certè par in utroq; fui.*
*Ipſe mihi, latæ legis reus, irrigo mulctam,*
*Imperijs ſubdo quinaq; regna meis.*

## GODEFRIDUS BILIONÆUS.

*Omnibus Europæ lectis Heroibus oris*
*Nobile ſuſcepi, Iaſonis inſtar, iter.*
*At mihi non Colchis, non dives Velleris aurei,*
*Terra fuit votis ſancta petita meis.*

Hanc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Hanc validis armis Solymamq; recepimus urbem.
  Quæ fuerat diro capta ſub hoſte diu.
Mœnibus inſilui primus ſublimibus urbis:
  Hinc data cum regno fulva corona mihi eſt;
Urbe ſed hanc auro Solyma geſtare negavi,
  Qua tulit occiſus ſpinea ſerta Deus.

## ALITER.

Qui vexit fulgens ex Colchide vellus Iäſon,
  Æternum Græco Carmine nomen habet:
Qui pepuli è Solymis procul agmina Turcica regni,
  An non Godfridus laude vehendus ero?

## MATHIAS CORVINUS REX Ungariæ.

Extulit hunc Cœlo virtutis gloria Regem,
  Floruit & fauſto Pannonis ora ſtatu:
Terruit hic ſævos factis & nomine Turcas,
  Mente ad ſceptra ſagax, acer ad arma manu.
Aurea quæſitis tum Buda volumina chartis,
  Quæ dederat docto Grecia priſca ſtylo,
Donec & hanc capiens rapidis incurſibus arcem
  Congeſtas Sophiæ Turca abolevit opes.

MAXI.

## MAXIMILIANUS I. ROMANORUM IMPERATOR.

*Maxima Romani quē cura requireret olim,*
*Imperij, & cuius maxima facta forent,*
*Maximaq; eveheret Cœlo quem fama: vocatus*
*Maximus hic infans Æmilianus erat.*
*Maxima vicerunt fatale at pectora nomen,*
*Maximoq; invictæ munera mentis erant,*
*Maximus hunc præfert Fabius ſibi: Iulius effert,*
*Maxnmum & Æmilij Scipiadæq; vocant.*
*Maxima nam pariter fulſerunt omnia in Uno,*
*Imperium, nomen, pectora, facta, decus.*

## CAROLUS V. ROMANORUM IMPERATOR.

*Non ego, quòd virtute minor, ſed in ordine vitæ*
*Quod ſequor, extremum ſpector habere locum.*
*Nam neq; ſuſcepit me ſceptra potentior ullus*
*Hoſte nec ex victo plura Trophæa tulit,*
*Africa quæ ſemper ſitiens, Europaq; vidit,*
*Auriferoq; recens terra reperta ſolo.*
*Sic mihi perpetuo Fortuna ſecunda tenore*
*Adfuit, & cœptis favit amica meis:*
*Aſſiduis donec curis confectus & ævo,*
*Invalidus fratri ſceptra relinquo meo.*

## ALITER.

Carolus unanimi mundum cum Fratre guberna[ns]
Romanum cogo vincula ferre Patrem,
Franciſcus capitur Ticinum Gallus ad amnem,
A me devictus dat quoq; Turca fugam.

## DE EODEM CAROLO V. RO- manorum Imperatore.

Cæſareum fulvo vinctum Diademate ſceptrum
Cum ceſſit fato, Carole dive, tibi.
Addita tunc fuerat niveis victoria pennis,
Ut Comes hæc ſanctum clauderet alma latus.
Submiſere tibi pulcrum mox Lilia florem,
Captaq; te leni Cæſare Roma fuit.
Non ſatis Europæ, non Africa victa, nec ultrã
Iam tellus Aſiæ, Turcaq; pulſus erat,
Quin ea, quæ nobis obvertit America plantas,
Et fortunatis littora fluminibus:
Cannibaleſq; truces agnoſcunt jura potentis
Cæſaris, & dominæ mitia ſceptra manus.
Quattuor imperij tanti bis luſtra fuerunt,
Quæ ſint ut ſenij tempora grata ſui.
Tum ſceptrum fratri dedit, imperijq; coronam,
Optans ſic placidum mortis obire diem.

SUB

## SUB EFFIGIE CAROLI V. IMponentis fratri Ferdinando coronam, circumſtantibus Germaniæ Septem-Viris.

*SI tibi plus ultrà placuit contendere Cæſar;*
*Ad foſſas Metis non benè Caſtra locas:*
*Hic poſitus limes fatalis, Carole, ſortis,*
*Quæ tibi tot bellis obſequioſa fuit.*
*Admonet ad metam te perveniſſe, nec ultrà*
*Victrici curſum poſſe tenere manu*
*Ergò ſiſte gradum, capiat Ferdinandus habenas*
*Imperij: reliquum jure Philippus habet.*

## FERDINANDUS I. ROMANOrum Imperator.

*DUm gerit Imperij ſummas Ferdinandus habenas,*
*Alma quater gemino floruit orbe quies:*
*Frater & aſsiduis peperit quam Carolus armis,*
*Pax oleæ geſsit fronde revincta caput.*
*Splendida Muſarum paſsim monumenta vigebant,*
*Squalida Mars tenebris abdidit arma ſitu.*
*Tunc celebres precio decorati & laude Poëtæ,*
*Geſſerunt cultis laurea ſerta comis:*
*Naturæ cauſſas latitantis acumine celſi*
*Ingenij Cæſar quærere ſuetus erat:*

*Aurato*

*Aurato ſapiens aderat Moderatio ſceptro:*
*Auxit & hic ſacrum providus Imperium.*
*Avocat intereà Deus hunc ad ſidera Cœli,*
*Quo nullus vita dignior Orbe fuit.*

## CHRISTIERNUS EIUS NOMINIS tertius, Daniæ atque Norvegiæ Rex.

*SI mihi quod faciu nt alij memorare liberet*
*Quæ fuerit bello gloria parta mihi:*
*Oppreſſos regni motus, armisq́ referrem*
*Cum duce te fractam, clara Lubeca, ma*
*At mea laus major, non tantùm Marte feroce,*
*Sed præſtans etiam quòd pietate fui:*
*Vix aliquis princeps noſtro me juſtior ævo.*
*Aut pius, aut clemens, aut magis æquus erat.*
*Sic placida ſervans populos in pace regebam:*
*Fama volat mundo, Spiritus aſtra tenet.*

## ALITER.

*PAcis amans, pietate vigẽs, fera bella perosus*
*Et vita talis, nomine qualis eram.*
*Ergo Deus pugnans pro me malè perdidit ho*
*Felix quem ducit, curat, amatq́ Deus.*

FRIDE-

## FRIDERICUS II. DANIÆ, NORvegiæ, &c. Rex.

Quid juvat & prodeſt populis imponere leges,
Claraq́; per latas ſceptra tenere plagas,
Si fluit ignavum tempus teriturq́; quiete:
Vita voluptatis quid pigra ferre poteſt?
Hoc ſtudium, hæc cura eſt, factis efferre ſub aſtra,
Et ſupra proavos, tollere avosq́; caput:
Dithmarſi domiti bello; & cùm Suecus in annum
Iam ſextum, arma malo ferret amara ſuo.
Fractus multiplici ſubit horrida vincula clade:
Præmia juſta, licet ſera, Tyrannis habet.

## ALITER. H. R. AD EUNDEM Apoſtrophe.

Macte animo & virtute nova, & victricibus ar-(mis
Dilecte ô anima plus, Friderice, mea!
Munere divino ut ſupplex Dithmarſia venit,
Sic Sueci pacem te Duce pacis habent.

## MAURITIUS SEPTEMVIR SAXONIÆ.

Arma, animus, virtusq́; meis maturior annis,
Carole nota tibi, Turca fuere tibi,

*Namq; in Pannoniis quod geſtum eſt fortiter agris*
*Omne manu noſtra, conſilioq; ſtetit.*
*Tu quoq; Landriſii ad muros es Galle repreßus,*
*Exutusq; armis, non ſine clade, tuis*
*Ergò mihi in ſeptem proceres Germanidos oræ*
*Adſcito Cæſar bella gerenda dedit.*
*Huic etiam clauſis bellum feci Alpibus, eſſet*
*Captus ab Albano quòd meus arte ſocer,*

## ALITER.

*PLurima nunc pacata forent niſi ſtamina vitæ*
*Rupiſſet medio tempore parca mihi.*
*Namq; meo decreta animo ſententia ſtabat,*
*Marte mori, aut pacem Marte parare meis.*

## MAXIMILIANUS II. ROMANOrum Imperator.

*MAximus ut poſitus fuit Æmilianus in urnam*
*Cæſar qui tanti nominis alter erat;*
*Pax aderat ſimul, & concordia mœſta parentans,*
*Ut cineres fuſis condecorent lachrymis:*
*Adfuit & Mavors viridis qui facta juventæ*
*Herois tanti, primitiasq; refert,*
*Et monumenta tenet nocturni clara pericli,*
*Quod tulit Hiſpanus ſors malefida jugis.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Hinc maris & terræ pugnas, caſusq; repulſos,
Quos à Treiciis Turca minatur aquis.
Cæſaris hic addit varias Sapientia dotes,
Quæ Dux in vita fida, comesq; fuit.
Laudat & eloquii vires, mentemq; benignam,
Numinis & cultum, juſtitiæq; decus.
Omnia quæ fragili tenuerunt corpore ſedem,
Quod nunc ſub gelido marmore condit humus
Dum cæli puras redivivum ſurgat in auras,
Cumq; anima æternum floreat ante Deum.

## PHILIPPUS LANDTGRAVIUS Heſsiæ,

ME belli varia afflixit Fortuna procella
Optatos portus inveniente Deo:
Exul in undecimum Ulricus Wirtbergicus annum,
Invito noſtram Cæſare ſentit opem:
Et mihi pulſus agris Leo Brunvicenſis avitis,
Captus cum nato poſt ſine cæde ſuo,
Nec Carolum fuerit mihi turpe laceſſere bello,
Sed nocuit temerè nos habuiſſe fidem.
Vincula ſimplicitas pariter en cuſtodia ſervat,
Dum quinq; autumnos Pleias orta facit.
Me gener & natus tandem victricibus armis,
In patrios ſalvum reſtituere lares

## HENRICUS IUNIOR Brunſuicenſis.

*Nulla humanarum quam ſit conſtantia rer*
*Collige ab exemplo, qui legis iſta, meo.*
*Hilsheymenſe ſolum, primo ſub flore juvent*
*Per valida adjeci, finibus arma meis.*
*Gaudentem ſpolijs, Heſſus cum Saxone, partis,*
*Armata patrio vi pepulere ſolo.*
*Ut niger hos vicit jovis ales ad Albidos undam,*
*Felix amiſſos occupo rurſus agros.*
*Perpetuum ut nihil eſt ab omni parte beatum,*
*Fortuna alternans datq́; adimitq́; datum.*
*Nam geminos natos una Mars impius hora*
*Abſtulit, hos letho machina dira dedit.*
*Haud quenquam dubiè fas eſt confidere ſorti:*
*Vita aloës multum, mellis habet minimum.*

## ADOLPHUS DUX HOLSATIÆ & Slevvici.

*Vix mihi prima genas veſtibat flore juventa*
*Te procul ut patria, Carole Quinte ſequor,*
*Uſq́; adeò mea mens juvenili ardebat amore*
*Noſſe urbes claros militiaq́; viros.*
*Nec votis fortuna meis bona defuit unquam,*
*Signa Tyrocinij plurima Metis habet.*

Unde

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Unde domum rediens Dithmarſorum agmina fudi,*
*Ultus avos, animum dedocuiq́; trucem.*
*Nec noſtras Gotha nec Grimſtenia ſaxea vires,*
*Imperij ſocio milite cincta, tulit.*

## ALITER.

*Qui toties lecto reges cum flore juventæ*
*Holſaticos toties qui repulere duces:*
*Servati, noſtræ gens imperterrita palmæ*
*Dithmarſi, victas Marte dedere manus.*

## DE HENRICO FERREO, Comite Holſatiæ.

*Quot fuit Alcidæ tibi robur, Ferreus olim*
*Dictus es a ſeclo Dux generoſe tuo.*
*Inclyta te Regis ſuſceperat aula Britanni,*
*Creſcere cùm virtus eſt tua viſa nimis!*
*Hic rapidum intrepida compeſcens voce Leonem,*
*Emiſſum clauſtris in tua fata, domus.*
*Inponisq́; feræ demtam tibi crine coronam*
*Vertices quam poterat demere nemo feræ.*
*Inde Ducem præſul Romanus ad arma vocavit.*
*Clam parat hic Italûm turba maligna necem.*
*Sed. Deus illæſum dedit hos evadere caſus,*
*Italicas fraudes, & Lybicæ ora feræ.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Plus valet heroum fato Fortuna ſevero:*
*Principis eſt virtus vindice tuta Deo.*

## ANTONIUS, PERENNOTUS, Atrebatenſis, & Lotharingicus Cardinales.

*DEſine mirari hic armatis eſſe legatos*
*Immixtos, Ducibus Cardineosq; patres.*
*Bella manu haud gerimus: mens eſt armata ſub omni*
*Fortunæ caſum, conſilijs validis.*
*Conſilijs noſtris motus componimus orbis,*
*Impia cum Reges bella movere ſtudent.*
*Non docet ut patriæ patres certamina nectant,*
*Magnosq; irritent ad fera bella viros.*

Hucuſque Heroes egregij, ac celebrati res geſtas ſuas breviter verſibus recitarunt, quibus hi duo additi dehortandi cauſa, nam à multis malè audiunt.

## CHRISTIERNUS II. REX DAnorum, Sueciæ & Norvegiæ quondam.

*NOn mihi ſi linguæ centum ſint oraq; centum,*
*Dicere facta ſatis pro ratione queam.*

Inno-

*Innocuos mactare viros, & humata ſepulcris*
*Eruere, & flammis oſſa verenda dare:*
*Non tondere pecus, totam at deglubere gentem,*
*Uxore excluſa, te Segebrechta, frui:*
*Delitiæ illa fuere meæ, ſtabilesq; fuiſſent:*
*Ni deturbaſſet me Deus è ſolio*

## ALITER.

*DIſcite juſtitiam moniti & non temnere Chriſtum*
*Quicunq; in vultus figitis ora meos.*
*Carcere in undecimam fermè trieterida clauſus,*
*Sævitiæ magnus Rex luo ſupplicium.*

## ERICUS XIIII. EJUS NOMINIS, Suecorum Rex, in vincula conjectus.

*QUid memorem mea fata miſer? reticere luberet,*
*Cæde & conjugio notus ubiq; meo.*
*Sexaginta meis manibus ſine jure perrenni,*
*Pars mihi magna horum ſanguine juncta fuit*
*Quoquò ergo aſpicio, diri mens conſcia facti*
*Occurrit, miſeris excruciatq; modis.*
*Nunc mihi præceptor Dionyſius ilia crudo*
*Trajectus ferro, triſtis Erinnys adeſt.*
*Nunc proceres Orco miſſi, atq; innoxia bella*
*Ante meos oculos perdita turba volat.*

 ALITER.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

# ALITER.

ME quis Alexandro ſimilem inficiabitur unquam?
Obtruncat proceres ebrius ille ſuos.
Sobrius ipſe etiam ſatior vel cæde meorum,
Perfoßi manibus qui cecidere meis.

# IN NOBILISSIMOS BELLICA virtute eodem ferè tempore duces.

QUos heîc ſtare vides ſua fortia facta loquentes,
Indomito clari Marte fuere Duces:
Una tulit noſtris ætas vicinior annis,
Clarior hac armis vix prius ulla fuit.
Non ſatis eſt ipſos virtutes extollere Reges
Et fortes illis expedit eſſe duces.

# CONSALVUS FERDINANDUS Corduba cognomento Magnus, Ferdinandi Hiſpaniarum Regis, Dux.

QUod gero præclarum cognomen ob inclyta facta
Hoc mihi concordi eſt militis ore datum.
Bella mea Victor confeci ingentia Regi,
Tera ſub Imperio cujus Ibera fuit.

Effrenes

Effrenes domui Mauros, armiſq; ſubegi,
Qua rigat Heſperios flumine Bætis agros.
Adjeciq; novum regnum, qua mœnia cultæ
Parthenopes ſalſum verberat alta fretum.
Quæ non invidiæ Virtus patet? ultima fecit,
Hæc me privata ſub lare fata pati.

## ALITER.

Magnus ego verè Conſalvus nomine dicor,
Hoc pater, aſt illud ſtrenua dextra dedit.
Gaditana feros egi trans æquora Mauros,
Aſſerui Regi Bætica regna meo.

## MAXIMILIANUS COMES BURENſis, Caroli V. Imperatoris dux.

Vir gravis armorumq; fui ſpectatus in uſu
Nec virtute minus, conſilioq; potens.
Quando fuit pulſis erepta Bolonia Gallis,
Anglia quem tenuit Dux ego Regis eram.
Hinc tibi belligerans, ſemper victricia ſigna
Auſpicijs duxi, Carole Quinte, tuis.
Cumq; ingens gereres bellum per Teutonis oram,
Inferiorq; tuo viribus hoſte fores:
Agmina traducens Rhenum tibi Belgica junxi,
Nec fuit abſq; opera palma parata mea.

## ALITER.

E*xpugnata fuit captis Bolonia Gallis,*
*Cùm ferrem auxilium, flave Britanne, tibi.*
*Heſſus & invicto Septemvir pectore Saxo*
*Me duce dant palmam, Carole dive, tibi.*

## GEORGIUS FRONSBERGIUS Suevus, ejuſdem Caroli V. Dux.

C*orporis ut præſtans ſuperabā viribus hoſte*
*Sic animi pollens robore ductor erat.*
*Militiam didici teneris productus ab annis,*
*Armaq; prima tibi, Maximiliane, tuli.*
*Quo ſene defuncto, ſectanti caſtra nepotis,*
*Vix quiſquam belli par mihi laude fuit.*
*Prælia juſta manu promptus ter quinq; ſubivi*
*Bis decies pugnas ſuſtinuiq; leveis.*
*In patria morbo morior ſerpente per artus*
*Dum petitur ſignis Martia Roma meis.*

## ALITER.

P*romptus eram nulli veterum virtute ſecundus,*
*Seu res conſilio ſeu peragenda manu.*
*Stans ego equum potui frænis inhibere volantem*
*In valido tantum corpore robur erat.*

ALIUD

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## ALIUD EJUSDEM EX THEObaldo Mollero.

*AD liquidas Ticini undas Fronsbergius heros,*
*Germanos cauta circuit arte greges,*
*Navantes operam Gallis, qui prælia nempe,*
*Ter quina invicta fecerat ante manu,*
*Poſtremoq; movet dum ſancto, ad mœnia Romæ,*
*Arma patri, morbo debilitatus obit.*

## FERDINANDUS TOLETANUS Albæ Princeps.

*Quale ſit ingenium, quæ mens, mea facta loquun-*
*Et facies certis indicat ipſa notis (tur,*
*Me Latium me Roma vetus, me laudibus effert,*
*Citriferos habitans fuſcus Iberus agros.*
*Gallia deteſtata caput formidat & horret,*
*Ludibrio flavus crine Britannus habet.*
*Armipotens probat & damnat Germania paſſim,*
*Fortunam luget Belga, gemitq; ſuam.*
*Quid ſtatuat Deus & de me quid judicet olim,*
*Hoc experturum tempore ſpero brevi.*

## ALITER.

*Galle mihi, mihi Belga licet, mihi Teuthon & An- (gle,*
*Dixeritis quidvis, bile tumente, malum.*

IOHAN-

Haud moror in Regem dum parte fidelis ab omni
Inveniar (ſemper quod fore ſpero) meum,

## IOHANNES COMES ARNSBURgenſis in Phriſia cæſus.

SI quibus inconſtans peperit fortuna dolorem
His ego me ſocium dicere jure queo.
Et mihi natales, decus, & connubia magnum;
Nobilitas factis quæ fuit aucta dabant.
Cùm gereret bellum Germanide Carolus ora,
Bureni conſors ſtrenuus arma tuli.
Ut nova turbavit trepidos diſcordia Belgas
Regis ab Hiſpani partibus ipſe ſteti.
In Phryſia vitam mihi mors ita flebilis aufert,
Sic rapiunt claros triſtia fata viros.

## ALITER.

NOn moror in bello cecidi quod victus ab hoſte,
Pugnando fortes claudere fata decet.
Hoc queror obſcuro perij quod milite cæſus,
Nec laudem de me ſtrenuus hoſtis habet.

## GUILHELMUS PRINCEPS Uraniæ.

NOmina quæ ſunt parta meo & decora ardua Marte
Dicere conveniens non reor eſſe modò.

Pendet

Pendet adhuc etenim dubia Victoria lance,
Nec finem quem ſint bella habitura ſcio.
Vivo tamen memetq́ʒ ſpei conſervo ſecundæ,
Dira licet vel ſi Mors obeunda mihi.
Namq́ʒ decet fortes Fortunam in utramqʒ paratos
Quæ Deus immiſit conſuluiſſe boni.

## ALITER.

Bella gerant alij, extendant ut nomina factis,
Bellica me gnatus captus ad arma vocet.
Nec moror hæc ſi fortè creat mihi cauſa peri-
Haud aliter nidũ parva tuetur avis. (clum

## ODETTUS FUSIUS LOTRE-chius, copiarum Gallicarum in Italia Imperator.

Non habuit virtute parem mihi Gallia quenquam
Tempore quo vitæ ſunt data fata meæ.
Horror eram Latio: fama notiſſima cœlo
Oppida ſunt armis multa ſubacta meis.
Hinc nomen quod Rex meruit Demetrius olim
Mira, expugnatis urbibus arte, tuli.
Qui bellis invictus eram me ſæva ſubegit,
Infeſtat graviter dum mea caſtra, lues.
Et cineres fortuna meos afflixit iniqua,
Dum tumuli expertes bis duo luſtra jacent.

## ALITER.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## ALITER.

*Sunt quia capta meo quàm plurima mœnia ductu*
*Expugnatorem me vocitare ſolent.*
*Claruit hac olim Macedo Demetrius arte*
*Participem laudis nunc habet ille ſuæ.*

## MARTINUS ROSHETMIUS GELdrenſis, primò Galliarum Regis, deinde Caroli V. Dux.

*Quis fueram longo non eſt opus edere verſu*
*Quod ſubit hoc uno carmine ſcire potes.*
*Fulmen eram belli, ferro graſſabar, & igni,*
*Oppida militibus diripienda dabam.*
*Id ſatis eſt, teſtes Belgæ Morinique remoti,*
*In mare qua Scalde, Dilia, Moſa fluunt.*
*Illa viris opibusque potens Antverpia teſtis*
*Quæ mihi victrici pænè ſubacta manu eſt.*
*At ſibi me ſicut tunc Gallia ſenſit amicum,*
*Sic eadem clades me tulit hoſte graves.*

## ALITER.

*Cæſareis inhians opibus ſpe divite Gallus*
*Me duce, penè ſuis excidit ipſe bonis.*
*Argentoratum petit hic, Campania per me,*
*Vulcano paßim, Marteque damna facit.*

ANTO-

# ANTONIUS LEVA DUX Caroli V.

Non leve momentum eſt, magno didiciſſe ma-(giſtro
Militiæ leges, & grave Martis opus.
Et mihi cum nemo belli præceperit artes,
Plurima naturæ dona fuere meæ.
Nec me ulla indecorem ventura redarguet ætas,
Seu bello ſpectes edita, ſive toga.
Neq; ideò Inſubrum præfecit Carolus oræ,
Hæc defenſa manu conſilioq; mihi eſt.
Quod niſi fregiſſet vires dolor artubus hærens,
Eſſem magnorum gloria prima Ducum.

Aſtutus, ſapiens, fœlix, belliq; peritus
Impiger, intrepido pectore Leva fui.
Et licet æger eram articulos vaſtante podagra,
Nullam aciem fugi, munia nulla Ducis

# ANDREAS AURIAS, CÆSAREÆ Claſsis præfectus.

En ego quem ſpectas, Latiæ fama inclyta terræ,
Et Ligurum quondam lausq; decusq; fui.

*Quis pelago geſsit me bella peritior alto?*
*Quis patriæ adduxit commoda plura ſuæ.*
*Ut mare purgavi Prædonibus, & mihi claſſem*
*Ducenti ſemper terga dedere Scythæ:*
*Sic patriam aſſerui, pulſis ſine cede Tyrannis,*
*Et ſtabilem juſsi legibus eſſe ſuis.*
*Hinc ſtatuam Patriæ Patri mihi grata locavit:*
*Hæc mihi Virtutis poſthuma teſtis erit.*

## ALITER.

*QVi mihi marmoreum Ligures poſuere Coloſſum,*
*Me patriæ patrem voce manuq; colunt.*
*Et terris & nota mari, ſpectataq; virtus,*
*Cùm Mahometigenas claſſe fatigo Scythas.*

## SEBASTIANUS SCHERTELIUS urbis Auguſtæ Vindelicorum belli Dux.

*VIndelicis inſignis agris belloq;, togaq;,*
*At melior valido dux ego Marte fui.*
*Cum celebres junctis ſociarent urbibus arma,*
*Pro defendenda relligione duces.*
*Agmina præfectus duxi, vicinaq; celſo,*
*Alpibus arx Clivo, me duce, capta fuit.*
*Victor ob id mutare ſolum me Cæſar adegit*
*Præmia decernens in caput ampla meum.*

*Obtinuit*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

*Obtinuit generoſa locum clementia tandem,*
*Et pius ignovit, reſtituitq́ meis*

## ALITER.

*CÆſari ubi juſſus feci ſocio agmine bellum,*
*Quod tum Auguſtanæ religionis erat.*
*Capta Fieſſe mihi eſt Alpini ad flumina Læthi,*
*Aerioq́ jacens arx Freberga loco.*

## SEVERINVS A NORBU CHRIſtierni 2. Danorum Regis, in Scandia præfectus.

*REx licet effugit meus, & turbante tumultu,*
*In loca quæſitum tuta receßit opem.*
*Non ego projeci tamen arma, ſed impiger hoſti*
*Conſerui, eventum Marte negante, manus.*
*Indulſit veniam virtutis in hoſte probator*
*Inq́ fidem accepit victor, amore fovens.*
*O mihi ſi tantum libuiſſet fallere nunquam.*
*Nec tua trans Alpes, Carole, caſtra ſequi.*
*Liber ab hac eſſem macula, nec morte luißem,*
*Quas merui pœnas dum tua ſigna ſequor.*

## ALITER

*VT tuear valido fugientem milite regem*
*Vendo domos, vendo quicquid ubiq́ meum eſt.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,:49 8°]

*At Deus exoſus ſaturatum cæde Tyrannum.*
*Nam voluit noſtram pondus habere fidem*

## EPITAPHIUM SEVERINI NORbij equitis aurati ex Dania, Florentiæ Sepulti.

*OCeanum hoſtili toties qui ſanguine tinxit,*
*Agelidæ Thytes littore ad uſq; Cronum,*
*Quem non immeritò Slavi Suediq; Gothiq;*
*Vandaliæq; urbes extimuere ducem*
*Norbius Hetruſco jacet hic Severinus in antro*
*A Florentina miſſus in aſtra pila.*
*Barbaras ille nequit captiuum exſtinguere Moſcus*
*Mergere non medijs Ennoſigæus aquis:*
*Debuit in Latio, velut orbis in arce perire,*
*Tanta viri ut virtus undiq; nota foret.*

## GULIELMUS THUMSERNUS protestantium bello Dux.

*QUid terrore carens, docui, conſtantia, poſſis*
*Invictoq; malum pectore poſſe pati.*
*Ut ſtetit infenſo victoria triſtis ab hoſte,*
*Maxima pars victos deſernere metu,*
*At mihi fœda fuit res. viſa relinquere fœdus*
*Et victas una tendere clade manus*

Arma

*Arma recollegi ſubito diſcrimine belli*
*Mœnia qua Bremæ lata Viſurgis adit.*
*Nec prius eventum cauſæ Deus abnuit æquæ,*
*Fortunaq́ meæ victor in hoſte fui.*

## ALIUD,

*Cum quateres validæ timentis mœnia Bremæ,*
*Ut coleret Latij dogmata priſca patris*
*Piſc ſumtranas deſertus, Erice, Viſurgem,*
*Victori palmam porrigis atq; mihi,*

## IOANNES RANZOVIUS TRIum Daniæ Regum, Friderici primi, Chriſtiani tertij, & Friderici ſecundi ſummus conſiliarius & bellorum Dux.

*Non ſine re magnis Heroibus inſeror illis*
*Quos volui tantos hoc ego ſtare loco*
*Nam nec eram virtute minor, nec fortibus auſis*
*Sive togà ſpectes edita ſive ſago,*
*Regibus aſsedi tribus, impoſuiq́ coronam,*
*Exuvias victo bis quáter hoſte tuli.*
*Effera ſubmiſit, Duce me Dithmarſia collum,*
*Libera bis ductu Dania facta meo eſt,*
*Sic ſatur invictæ fama virtutis & armis,*
*Succubui fatis, nunc habet aula poli.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## ALITER.

Quis fuerim bello, quis pace, referre recuſo,
Invidiam conſtent ne mea geſta mihi.
Dicit in invicto Dithmarſus Marte ſubactus,
Biſq; aſſerta mea Dania clara manu

## DANIEL RANZOVIUS, DUX Exercitus Regis Danorum Friderici II, in Suecos.

Me quoq; viventem complexus amore propinquus
Illuſtres inter juſſit habere locum.
Nec res quas recitem, deſunt mihi fortiter actæ,
Sed prohibet juſtus cuncta referre pudor.
Hoc dicam ſaltem, ter aperto Marte Suecum,
Expertum noſtras non ſine clade manus.
Tres belli amiſiſſe duces, quos cepimus armis,
Quid moror? ipſe etiam vincula dura tenet.
Sex licet inconſtans Mavors mutaverit annos,
Utriuſq; inſignes perdideritq; viros.

## ALITER.

Quod me inter tantos Henrice propinque reponis
Si non judicio certe id amore facis.
Dent vitam mihi fata, & nulla redarguat ætas,
Ille ero judicio, quem cupis eſſe tuo.

FRAN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## FRANCISCVS A BROCKENHUI-ſen, regni Daniæ Mariſchalcus ac univerſi peditatus Dux,

*PRo patria tecum qui belli, munere junctus*
*Sæpius hoſtiles, ſum populatus agros:*
*Pro patria tecum qui juſtis inclytus armis*
*Oppida contrivi Suecica caſtra Duces:*
*Pro patria tecum qui læſus vulnere Sphæræ*
*Occubui, fato vix remorante diem.*
*Nunc tibi ſum meritè ut magno Patroclus Achilli*
*Ranzovi junctus proximiore loco.*

## OTTO RUTE POST TROLLIum præfectus claſsis Danicæ.

*O Miranda Dei, noſtræq́ incognita menti,*
*Iudicia, & nullo diſſolvenda modo,*
*Quis tempeſtates melius, pelagiq́ furores,*
*Solerti ex aſtris noverit arte vagis:*
*Quis mihi ſive tenere altum, ſeu ſtringere littus*
*Velles, par pelagi cognitione fuit.*
*Navali, explicuit quis fortius ordine claſſem,*
*Danica cum peterent Sueonas arma vafros.*
*Fata obeant, mihi fata negant inimica triumphum*
*Conſilia, abſq́ Dei nulla favore juvant.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## GEORGIUS AB HOLLE, EQUES Brunſuicenſis,

*STemmate quæ tantum celebri ſe jactat avorum,*
*Nobilitas dici non mihi vera poteſt:*
*Sed quæ virtutem ſuperatve æquatve parentum*
*Et meritis ortum comprobat ipſa ſuis.*
*Hic labor hic animus teneris mihi ſedit ab annis*
*Inde mihi adverſo vulnus in ore tuli.*
*Hoc mihi ſternenti Gallos infertur honeſtum*
*Dum tua præfectus caſtra, Phillippe ſequor.*
*Et me cognovit Suecus, nec proximus, illi*
*Quisquis eris, tardus experiere manus.*

## ALITER.

*MArtis opus primis toleravi ſemper ab annis,*
*Militiæ & ſtatui multa trophæa meæ.*
*Grandia diffindit, nec dedecet, ora cicatrix*
*Me docet intreptdi pectoris illa Ducem.*

Poſt Heroëes Bredenbergæ depictos corumque res geſtas venuſto carmine decantantatas, ſequentes duo, piſcator ſcilicet & Morio Ranzovij cernuntur additis ſequentibus his Epigrammatis.

IOHAN

## IOHANNES, PISCATOR RANzovij de ſe ipſo.

QUod me pictoris, magnis heroibus una
Docta manus junxit, non ratione caret:
Hi velut in terris quærunt diſtantibus hoſtes
In fluvijs hoſtes ſic ego quæro meos
Et capio inſidijs & aperto Marte trucido
Invigilans ſtudio nocte dieq́ meo.
Si quis erit noſtras penitus cognoſcere laudes
Qui cupit, has unum diſtichon illud habet:
Squamigeros undis retis velut extraho piſces
Pocula ſic pleno gutture ſicco libens.

## ALIUD.

TRes cubitos vix dat ſtatura, tricongius hauſtus
Eſt meus: hac ſola Dux ego Rexq́ via.
Magna illi magni fecere: ego magna puſillus
Illi pugnantes ſæpe, ego ſæpe bibens.

## IOHANNISCUS, MORIO Ranzovij de ſe ipſo.

QUis prohibet, ſi me viventem ſemper amavit
Nunc domino hoc junctum me quoq́ ſtare loco.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Stat quoq; piſcator: ſtomachus ſi piſcibus ille,*
*Iucundis animum pavi ego ſæpe jocis*
*Morio non vulgaris eram. juueneſq; ſeneſq;*
*Luxerunt raptum funere, luxit herus.*
*Illi mordaces poteram depellere curas*
*Ridentemq; jocis exhilarare meis*
*Aut illos imitare, juvat ſi perdere vitam*
*Aut me ſi cordi eſt viuere dulce tibi.*

## ALIUD.

*Quid mirare duces miſer, ardeſciſq; tuendo?*
*Neſcis quale tegat ſplendida vita malum*
*Lerna periclorum & certi ſentina laboris*
*Prudentum vita eſt: ſtultus at hiſce caret.*
*Ergo age ſtultitiam ſimula, ſic nulla ſubibis*
*Munia, donantur pectora ſtulta rude.*
*Ut fugeret longi male ſana negocia belli*
*Siſyphides littus fertur araſſe maris.*
*Aut flue delitijs & duc inglorius ævum*
*Aut mercare gravi grande, labore, decus.*
*Ingreditor quodcunq; velis iter unus utriq;,*
*Finis, mors fatuum cum ſapiente rapit,*
*Vivere non tibi vis, alieno ut tempore vivas,*
*Quid num poſt ut edas, ante famem moreris*
*Ah nimio fallax emitur, me judice, nomen:*
*Vive tibi nimium nec ſæpe, tutus eris.*

Vive

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Vive tibi nec te crucia, neq; craſtina cura,
Hoc ego prudentes admoneo fatuus.

# EPILOGVS

SI quis erit quem fortè juvat ſic quærere, quare,
Hi tabulis præbent ora videnda viri.
Is ſibi virtutis proponi exempla probatæ
Quam vitijs ſpretas diſcat amare, ſciat
Quamq; ſit inſtabilis vitæ fortuna caducæ,
Quam varios ſervent lubrica fata modos.
Quàm ſubitò magnæ ſpes euaneſcere caſu,
Et ſoleant labi grandia cæpta virûm.
Quisquis es incertæ diverſa pericula vitæ
Et dubiæ ſortis ſpernere fata cave.
Nam caro ceu fœnum eſt & gloria noſtra velut flos,
Mane viget primo, veſpere lapſa jacet.

# PASQUILLUS AD GERMANIAM

Quo tua bellatrix abijt Germania virtus?
Diſsimilis noſtro tempore facta tui:
Vindelicis olim pepuliſti finibus Hunnos
Imperium Magno cum ſub Othone fuit.
Ad Solymas arces victricia ſigna tuliſti,
Sceptriger imperij cùm Fridericus erat.
Nunc procul à Tanai ducentes agmina Turcæ
Danubij ferro depopulantur agros

*Interiit virtus Germanæ maſcula gentis*
*Merſa Gynæceis ebria ſympoſiis.*
*In tua graſſatur terrarum viſcera, prædo,*
*Auſa nec hoſtiles es cohibere manus.*
*Te quibus oſtentas, nunc utere grandibus haſtis,*
*Et quibus in circo ludicra bella geris,*
*His animoſa pias hoſtilibus aſſere gentes*
*Si quid in audaci pectore Martis habes.*
*Ah pudeat Scythicis egreſſum finibus hoſtem*
*Militiæ nobis præripuiſſe decus.*

## DEUS ET FATUM.

*Mollia dum ſequimur nos deſidis otia vitæ.*
*Aſpera bellator prælia Turca facit.*
*Dum cane venamur lepores, aut cuſpide damas,*
*Figimus ille ſuo milite regna capit.*
*Deniq; nos tantùm ſine ſanguine ludimus armis*
*Ille gerit forti ſeria bella manu*
*At generoſa tuis Germania conſule rebus:*
*Coge pharetratos vertere terga Getas.*
*Ipſa tuas urbes è faucibus eripe lethi,*
*Et vetus imperij Marte tuere decus.*
*Si ſecura mali non propulſaveris hoſtem.*
*Triſtia crudeli vulnera clade feres.*

## HENRICUS RANZOVIUS DE Deo & Fato

*Cuncta Deo parent ſimul omnia fato,*
*Cum decreta Dei fata movere putem.*

Ergo

Ergo mihi ſi quid fauſti, vel ſi quid acerbi
Eveniat, placido pectore utrumq; feram.
Novi etenim (bonitas cum ſit Deus ipſa) quod illud
Ad finem tandem ducet agetq; bonum.
Cum vel ab aſſuetis me ſic revocare laboret
Criminibus, petulans ne velut ante ſiem.
Vel commiſſa patris ritu peccata benigni
Sic mea caſtiget; ne graviora feram:
Vel quia vult alios noſtra quoq; clade moneri,
Illos ne ſimilis poſt quoq; pœna gravet
Nec nova ſunt, quæ fata ferunt, nec mole pericli
Prudentum mentes terrificare queunt.
Sunt etenim noſtri paſſi graviora priores,
Antiquum eſt nobis, quod fuit hiſce novum
Et mihi ſi mortem minitentur fata propinquam
Qua nihil hic nobis triſtius eſſe ſolet:
Fata voluntatis divinæ Nuncia promptus
Sponte ſequar, vitæ eſt mors quia porta novæ.
Fata ſequar, nec erunt mea vota rebellia fatis,
Cum nil fata, Deus ni moderetur, agant.
Alme pater vitæ qui das primordia noſtræ,
Quiq; ſacro nobis numine ſemper ades:
Fac etiam, vitæ fœlix ſit ut exitus hujus,
Vltima nec mortis ſit gravis hora mihi.

HEN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Ioannes Pater obijt Bredenbergæ: A C. 1565. Decẽb 12 Die. ætatis 73. Paulus Frater obijt Reinebecæ, A. C. 1579. 9 cal. April Ætat. 51 Magdalena Soror obijt Aſchebergæ A. C. 1559 5. Auguſti Ætat. 29 Theodorus filius obijt Lubecæ, A C 1572 27 Iunij ætat. 11 Θεόδωρον.*

# HENRICI RANZOVII DE morte ſuorum: addita conſolatione in fine.

*TRiſtis eram memini fermè victusq́; dolore,*
*Nec potui lachrymas tunc cohibere meas.*
*Cùm PATER expirans, animam tibi, CHRISTE Redemptor*
*Traderet, imbutam cognitione tui.*
*Triſtius eram memini, cum fratri triſtia PAVLO*
*Fata quieſcendi tempora longa darent.*
*Expertes ſenſus oculos non claudere Fratri*
*Tum poteram ſiccis, victus amore, genis.*
*Triſtis eram memini, cum mors ingrata SORORE M*
*Cogeret extrema dicere voce, vale.*
*Hos præter THEODORVS erat mihi filius, Eheu*
*Immaturè illum ſuſtulit atra dies.*
*Tum quoq́; triſtis eram, quod me improviſa volebant*
*Acceptum hoc munus reddere fata Deo.*
*Triſtis eram, memini, mea cum chariſſima Mater*
*Sentiret mortis tempus adeſſe ſuæ.*
*Nam licet ipſa ſatis naturæ vixerat, & non*
*Vitæ hujus poterat de brevitate queri:*
*Me tamen affecit ſummo defuncta dolore,*
*Nec mihi cum nato vixerat ipſa ſatis.*

Me miſerum quoniam poſt hæc tot funera lucta
Lurida mors non eſt exatiata meo:
Quin etiam CAIUM raperet, luctumq́; novaret,
CAIUM, pars animæ qui mihi dulcis erat.
Idq́; nec immerito: Nam quem debebat honorem,
Reddiderat Matri, reddideratq́; mihi.
Majorum exemplo virtutis ſcandere Collem
Annitebatur ſedulitate pia.
Et jam nactus erat Regisq́; Ducisq́; favorem
Virtute obſequio, dexteritate, fide.
Præmia virtutum mors ipſa plura negavit,
Et juvenem terris abſtulit ante diem
Tum quoq́; triſtis eram, fateor: fore namq́; ſenectæ
Credideram CAIUM ſpem columenq́; meæ.
Sic mihi ſemper erat generis jactura dolori,
Inflixitq́; animo vulnera ſæva meo.
Nec tamen inficior, quod & immatura meorum
Lætitiæ cauſam fata dedere mihi.
Scilicet eſt aliquid, quod vidi claudere vitam
In vera hos omnes agnitione Dei.
Quodq́; pias audire preces mihi contigit horum,
Se quibus æterno ritè dedere Deo
Ipſe meis etiam votis, ſic triſtior adſtans,
Æternum potui ſollicitare Deum:
Ut præſens mortis poſitos in agone juvaret,
Et daret infracto vincere poſſe fide

Anna mater obijt Itzehoæ A C. 1582. 29 Decemb. Ætat. 72
Cajus filius obijt Bredenbergæ A C. 1591, 2 April Ætat. 28.

Non

Non licuit morienti eadem præſtare ✝ Iohanni,
Nec ‡ Friderice tibi, nec ✳ Catharina tibi.
Nam rapuit patria procul inclementia Mortis
Natos, in proprio limine nata cadit.
Hæc quoq; dilexi tria pignora viva paterne
Mortua deflevi qua pietate decet.
Sed moderandus erat tandem dolor ille paternus,
Non finit fletum turba prophana ſuum.
Illam quando Deus dederat ſobolem mihi ternam:
Hanc voluit reddi poſt aliquando ſibi
Quonam ſub cœlo, quanam regione placeret
Hanc revocare, Dei ſola ea cura fuit.
Fas nec erat, noſtro nimirùm concedere amori,
Divino par eſt cedere conſilio.
Quod facit, omne facit Deus, ut nos noſtraq; ſalva
Sint: nobis veniant nec nocitura mala.
Huc vobis nati, natæ, materq; paterq;,
Et ſoror, & frater, non remeare datur.
Nec remeare placet: placet atria ſplendida cœli,
Et faciem læta fronte videre Dei.
Illa etiam cupio ſuperum commercia: veſtros
Et cernam vultus, & fruar usq; Deo.
Quo vos ergo loco nunc vivitis, huc adeundus
Eſt mihi: non vobis inde redire libet.
Eſt tamen expectanda dies ſuprema quietis:
Hæc mihi dum veniet, ſic ego fundo preces:

✝ Ioannes filius obijt Heidelbergæ A. C. 1582 17. Octob. Ætat. 16 an. 7 menſ.

‡ Fridericus fil: obijt in Gallijs A. C. 1587 Novemb: 2[illegible]. Die Ætat. 30.

✳ Catharina filia obiit Arthoviæ A. C. 1587 20 Maij ætat: 23 an: 5 menſibus 12 diebus exactis

Da Deus, ut ſit mens, mihi ſana in copore ſano:
  Atq; tibi faciam grata, virisq; bonis.
Da Deus, ut vivam mandato munere fungens,
  Et benè propoſitum, te duce, cedat opus.
Suſpice me tandem mortis cum venerit hora,
  Placatus nati funere ſumme Deus.
Summe DEVS, miſerere mei mihi morte perempto
  Contingat melior, munere vita tuo.
Vita ea, quæ requies eſt, ac æterna voluptas,
  Exultans plena cognitione DEI.

## EX PRIMO ET SECUNDO CApite Iobi.

SI bona de Domini manibus ſuſcepimus: æquum eſt
  Forti animo immiſſum ſuſtinuiſſe malum.
Ingreſſus terram nudus de ventre parentis
  Nudus in effoſſum rurſus abibo ſolum.
Rurſum expectabunt DEVM poſita oſſa ſepulchro.
  Idem ego non alius, carne videbo DEVM.
Sit nomen Domini benedictum Nam dat & aufert,
  Reddit, & occidit, vivificatq; DEVS.

FUGA

# EPIGRAMMA DE FVGACITA-te vitæ humanæ.

FLos cadit, auroræ, modo qui fulgebat ad ortum,
Præterijt exiliens fornice rivus aquæ.
Imbre tumet gravido ſed mox vaga bulla reſidit,
Frangitur & leviter ſplendida maſſa vitri.
Dulcis abit ſubitò languenti pectore ſomnus,
Excita cum ſtudio eſt mens generoſa ſuo:
Umbra velut ſpeculo levis evaneſcit imago,
Avolat in ventos miſſus ab ore ſonus.
His citius cadit omnis homo, licet omnia fluxa,
Flos, aqua, bulla, vitrum, ſomnus, imago, ſonus.

# DE AVLA.

## HENRICVS HVSANUS

Ubi dictum Saluſtij:
Quòd regiæ voluntates, ut vehementes, ſic mobiles, ſæpè ſibi ipſis adverſæ, explicatur.

SErvivi patriæ diverſas miſſus in oras,
Gratia dum acri ſalva manebat heri,
Obrutus aſſidua multorum mole laborum,
Ut variè curas eripit Aula ſuas.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

*Triſte ſed, heu, precium nactus ſub fine laborum,*
*Expertusq́; tuam, mobilis aula, fidem.*
*Qui mea forte legas Veſtigia deditus aulæ:*
*Huc ades exemplo diſce docende meo:*
*Fidere nec magnis ducibus, nec Regibus auſis:*
*Ah miſer, illorum quisquis adorat opes.*
*Quippe voluntatis, fortunæ, deniq; vitæ*
*Unica quos certos non videt hora ſuæ.*
*Sunt homines magniq́; duces, Regesq; ſuperbi,*
*Fallit in humanis ſpes ſita præſidijs,*
*Mobilis Euripo magis eſt humana voluntas*
*Semita Fortunæ lubrica, vita fugax.*
*At ſi perpetuo conſtat divina voluntas,*
*Æterno ſtabilis vita vigore manet.*
*Finibus arctata eſt immenſa potentia nullis,*
*Ergò ſit in ſolo ſpes tua ſita Deo.*

## IN TABULAM CASUS Phaëthontis.

## HENRICUS RANZOVIUS,

*ASpicis, ut Phaëthon rapido Iovis occidat igne,*
*Nil mirum punit corda ſuperba Deus.*
*Hic veros habuit Clymenem Meropemq́; Parentes:*
*Iactavit Phœbo ſe tamen eſſe ſatum.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Quin & conſcendit Equos Soliſq; quadrigas*
*Atq; ſuis impar viribus urſit opus.*
*Sed mortalis ubi temerè cœleſtia captat,*
*Neutrum habet: at faſtus præmia fulmen habet.*
*Te modulo metire tuo, qui talia ſpectas,*
*Ne gravet infirmum ſarcina magna caput.*
*Qui fueris, hic eſſe velis, ſublimia vites:*
*Ultra qui ſortem non ſapit, ille ſapit.*

# ELEGION HENRICI HV-ſani, de Epicharmi dicto.

*FIde, ſed ante vide, cui tutò fidere poſsis:*
*Et nimia noli ſimplicitate capi.*
*Hos Epicharmus ait nervos Sapientis & ar(tus*
*Hoc vocat ingenij perſapientis opus.*
*Dum benè fidit ei, quem non benè norat, abactum*
*Credulus è ſtabulo perdidit hoſpes Equum.*
*Pectoris humani ſi perſcrutere latebras,*
*Prorſus inexhauſtum dixeris eſſe chaos.*
*O quoties fallit blandis oratio verbis,*
*Diraq; ſub dulci toxica melle latent:*
*O quàm frons juvenum mentitur ſæpe colorem?*
*Illyricam ſuperant pectora nigra picem.*
*Scorpius amplexu ſic obvia brachia tendit,*
*Nec minus in caudæ cuſpide virus habet.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

*Si ſapis, hîc artus, hic illos exere nervos*
*Prudentis proprios quos Epicharmus ait.*
*Blanditijs memor eſto, memor diffidere fuco:*
*Damnariq́; tua credulitate cave.*
*Hoc nuper didici magni mercede laboris:*
*Tu potes exemplo cautior eſſe meo.*

# IUDICIUM HENRICI RANZOVII producis Cimbrici.

## De Ira Principum.

*Res gravis eſt regum commota furoribus Ira,*
*Cui ſi importune coners reſiſtere, turbas*
*Dant modo majores, ac miſcent cuncta tumultus:*
*Haud ſecus ac ſonipes nondum aſſuefactus habenis*
*Non vi: ſed blando regitur popyſmate vocis,*
*Nec nautæ ſoliti cum ventis cernere bello,*
*Sed dirum obliquis declinat curſibus agmen*
*Inſani Boreæ, aut planè in ſtatione quieſcunt.*
*Multa adeò longo curantur temporis ævo,*
*Viribus in melius quæ poſſis vertere nullis:*
*Sors incerta quidem ſemper mortalia verſat:*
*Sed quoties rerum inſignis mutatio fatis*
*Ingruit, in ſævum facile diſcrimen aguntur*
*Cedere qui duræ ignorant ratione procellæ.*

## LAUDES ET COMMODA Pacis.

*Pax bona ſervat opes, retinet cum civibus urbes,*
*Pacis commoditas mitigat omne malum.*
*Paci conveniens gravium tractatio rerum,*
*Pacem ſacra magis quo doceantur, amant.*
*Pax ceſſare facit violenti crimina ſtupri,*
*Pace quietus erit connubialis amor.*
*Pax parit ampla ſibi quærendi commoda victus,*
*Pacis ſuccreſcit tempore multa ſeges.*
*Paci judicium quadrat, jus competit æquum,*
*Pacem ſectari gaudia vera ſolent.*
*Pax alit ingenium, præclaras excolit artes,*
*Pace nihil ſtabili dulcius eſſe poteſt.* (TUR.
PAX PACIS PACI PACEM CUM PACE PRECA
*Quando DEO ex toto pectore fidit homo.*
*Sancte DEUS, placidam noſtro da tempore pacem,*
*Hanc alius præter te dare nemo poteſt.*
*Sit tibi ceu patri lugens Eccleſia curæ:*
*Hanc modò ſalvifica pace beare velis.*

## HUMANÆ VITÆ VICISſitudines.

*Pauperies pacem dat, opes pax, copia luxum:*
*Sed luxus bellum, bellaq; pauperiem.*

ns amor eſt odij, vitæ mors, turba quietis:
Stant quæ deciderint, quæq́; ſtetere cadunt.
capti capiunt, & qui domuere domantur.
Fit victi ſupplex, qui modo victor erat.
c plebi indomitæ, ſic ſunt ſua fata tyrannis,
Sic DEVS alternas verſat in orbe vices.

## ENCOMIA VENATIONIS.

LAudibus eximijs ars eſt decoranda Dianæ,
Si non exuperet cum feritate modum.
Reddit enim timidos, proceres ad prælia fortes,
Anxia lætificans corda dolore gravi.
Mollitiem pellit, ſæviq́; cupidinis arcus,
Languida jucundo membra labore levat.
Sternit apros, cervosq́; premit, qui damna Colonis
Triſtia dant rudibus, dum male farra terunt.
Suppeditatq́; dapes, nigræq́; alimenta culinæ,
Pellibus hirſutis corpora nuda tegit.
Ergo venandi ne tu contemne laborem:
Hic tibi quandoquidem commoda dicta feret.

## ALIUD.

| | |
|---|---|
| Hoc ſtudium patribus | Cultũ quoq; teſte probatus |
| Ebræi vatis | Relligione ſacra |
| Nomine Eſau venandi | Inſignis laude quid? an non |
| Robuſtus Nimrod | Sic quoq; clarus erat? |
| Infeſtus ſi non ſis | Triſti clade colonis |
| Cur refugis ſtudium? | Iure fruare tuo |
| Venari quisquis | Non gaudes Zoile, lux ea |
| Sis mollis licitum eſt, | Aut pigor usq; ſit ea. |

## DISCEPTATIO VENERIS, JUNOnis & Dianæ venationis Deæ, de præſtantia arbitrio Apollini.

Margaridum niveam nectens Eris atra Coronã,
Quæ minus, ô Divæ, noxia, tollat, ait:
Tum Iuno: Paridis dirimantur jurgia voce,
Num Venus hoc etiam judice ſerta feret?
Phœbus adhæc: animos Iuno, ſed corpora Cypris
Corrumpit, virgo hæc ambo Diana fovet.

## DE CURTO CANE DUCIS MEgapolitani, H. Huſan.

Nare ſagax, animo præſtans, gratiſſimus aulæ,
Delitiæ Domini, gloria prima canum,

Diſcer-

*Diſcerptus perijt malè cicure Curtus ab urſo,*
*Colluſore diu quo priùs uſus erat.*
*Magnorum quicunq; ducum verſaris in aula,*
*Cicuribus nimium fidere parce feris.*

## DE EODEM, Andreæ Mylij.

*NAre ſagax, pedibusq; celer, ſed lumine læſus,*
*Delitiæ Domini Curtulus occubuit.*
*Sed qua morte rogas? immundæ dentibus urſæ,*
*Cum qua ſæpe prius ludere ſuetus erat.*
*Non benè diſparibus concordat gratia rebus:*
*Ut tuto poſſis ludere, lude pari.*

## Contra infidelitatem in ſocijs.

*Querela canis venatici nomine Viti, quem jam decrepitum tres ſocij canes Henrici Ranzovij, nempe Ernſt, Fanck & Juncker, vulpem eſſe rati in venatione diſcerpſerunt.*

Κύνα φίτον μέτοχοι τρεῖς θανα-
τοῦσι κύνες.

## Sic queritur Vitus.

VIvus adhuc hominis dicebar nomine VITVS:
Me fera vitabat: nomen ſic omen habebat.
Infelix nunc ſum ſortem perpeſſus acerbam,
Natus in hanc lucem fuerã de gente canina:
Nomen at humanum peperit mihi cognita virtus,
Namq; meo fidus fungebar munere, donec
Expertus canæ ſum tempora tarda ſenectæ.
Latratum in ſylvis ego ſi quando edere cœpi,
Nemo fuit patulas quin mox arrexerit aures:
Nam vetulus Vitus fruſtra haud latrare ſolebat.
Certus in optatam ſocios aciemq; locumq;
Produxi: potuit duce me fera nulla latere.
Sed petere hanc campos, caſſesve ſubire coëgi
Dum fieret tandem ſociorum præda meorum.
Hæc Domino tàm grata meo ſpectacula præbens,
Lauta frequens retuli de læta fercula menſa.
O me fælicem reſpectu temporis hujus.
At tandem cæpit me infirmum cana ſenectus.
Hæc vetat in ſylvas tunc amplius ire remotas,
Quare me Dominus tanto dignatus honore eſt,
Iuſſerit ut curru vectum committere pugnam.
Ad ſylvas ſemel ut ventum, venatio cæpit
Inſtitui. Canibus demuntur lorea vincla.
Tunc ego proſilio in terram, veſtigia carpens
Obvia, ſed tardè: nam currere non benè quibam,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Hei feror in leporis veſtigia nota fugacis*
*Attulit exitium noſtræ, lepus iſte, ſenectæ.*
*Latratus edo, nimium fioq́ vocalis*
*Ah, quanti noſtræ res hæc ſtetit unica pelli.*
*Tres aderant ſocij pollentes corpore & auſu,*
*Auxilium mihi quos pro tempore ferre decebat,*
*Aſt hi me canum properant invadere Vitum,*
*Diſcerpuntq́ canem ſocium ſocijq́ canesq.*

## επιμύθιον.

*MOrte mea monitus nimium ne crede ſodali,*
*Plurima fac videas: ſed fac pauciſſima fidas*
*Rebus in ambiguis, tibi qui ſuccurrere debent,*
*Hoſtes ſe præbent, fucato pectore amici.*
*Fac igitur videas, cui tutò fidere poſſis:*
*Eſt quoq rata Fides dilectos inter amicos.*

## Corollarium.

*VNus at in cœlis Deus eſt benè fidus amicus:*
*Ille fidem ſervat, nullum fruſtratur is unquam.*
*Tempus erit cum te tota hæc natura relinquet;*
*At ſibi fidentem CHRISTVS non deſeret illum.*
*Huic igitur poteris cum fructu fidere tutò*
*Æternæ per eum fruituvus munere vitæ.*

## ALITER CANIS de ſeipſo.

Qui Vitus Vivus dicebar ab omine Vocis
Vitabant Vivæ quod mea ſigna feræ,
Latratu lepores agiles qui ſæpè ſolebam
Vexare, à proprijs vexor ego ſocijs.
Qui mihi debebant ſuccurrere (gratia rara eſt
Sic inter ſocios) ſunt mihi cauſa necis.
Namq; ego dum tardo leporis Veſtigia greſſu
Sector, & judicio proditur ille meo:
Proh dolor, en ſocij miſerum me dentibus omnes
Invadunt canum decrepitumq; Canem!
Diſcerpuntq; mihi mox membra ſenilia morſu,
Non ſecus, ac ſi ipſis præda petita forem.
Decepti Canis, quos ætas fecerat, & pro
Vulpe illis cana, Cana fit eſca Canis.
Diſce meo exemplo ſocijs confidere cautè,
Res etenim noſtro eſt tempore rara, fides.

## ALIA VITI CANIS RANZOVIani immani manipularium ſuorum rabie & perfidia pereuntis, Querela.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*O Furor, ô ſocij non hæc promiſſa fides eſt,*
*Non meriti ſunt hæc præmia digna ſenis.*
*Parcite vos reprimat pudor & reverentia legum,*
*Pœnaq; flagitij ſanguinolenta Comes.*
*Plura locuturo, repetito Vulnere Vita*
*Excidit, inq; auras fuſa querela redit.*

## EPITAPHIUM EJUSDEM.

*HIc laniata jacent, ſociorum crimine VITI*
*Quæ ſenio fractis, membra, fuere Canis:*
*Nil ætas, ſtudiumq; ſagax, nil profuit ictum*
*Fœdus, at hèu fido pernicioſa fides*
*Obſervent hoſtes alij; tibi maxima cura,*
*Noſcere cui fidas, parca ſit Unde fides.*

## CONQUESTIO CANIS, ET APplicatio ejuſdem ad aulicos.

*DUm licuit, domini fidus Cuſtoſq; Comeſq;*
*Inter eram Celeres gloria prima Canes,*
*Quin etiam reliquos ſuperabam Curſibus omnes,*
*CVm pede venabar non remorante feras.*
*Sed poſtquam ſenio confectus tardior eſſe*
*Incepi, & me omnis gratia deſeruit.*

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

In contemptum abij, dominusq́; nihil memor acti
    Olim ſervitij, me quoq; deſeruit.
Inſuper ante diem fato mulctavit amaro,
    Et percuſsori præmia larga dedit.
Sic quoq; dum vegeto ſua munia robore curat
    Aulicus, in pretio permanet ille ſuo.
Dumq́; vigor ſtudij, dum vires corporis adſunt,
    Acceptus cunctis ille miniſter erit.
Sed miſer aſsidui ſi fractus mole laboris,
    Se queritur ſenij debilitate premi:
Nec ſolitas ſolita felix res conficit arte,
    Et putat hunc iſtis non magis eſſe parem:
Aulica decreſcit mox gratia: linquitur ille,
    Mercedem emeriti percipit atq; canis.

## ROMA RUENS.

## IN TABULAM, ROMÆ ruinam ob oculos ponentem.

URbs ego Roma, Patrum qua ſcripta Corona regebat
    Creſcebam, ut Phœbe dimidiata ſolet.
Aſt ubi me demens, & cæca juventa gubernat,
    Hujus conſilijs, funditus (heu) pereo.
Quisquis adhuc populos ſceptro verbisq́; coërces,
    O diſcas caſu cautior eſſe meo.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# IN LEPORARIUM ET HORtum ſuum.

## HENRICUS RANZOVIUS Produx Cimbricus.

*ÆRipedes Cervos, Damas, Leporesq́; fugaces*
*Hic alit inſigni fertilite locus.*
*Quà mihi ſæpè placet noſtra procul arce morari,*
*Quo pedes incedo, quò feror altus Equo.*
*Hic Canibus Lepores venor, falcone volucres*
*Inſequor, aut iſtas figere glande juvat.*
*Aut alia id generis ſilveſtria ludicra verſo,*
*Nam ſunt hæc animo gaudia grata meo*
*Nonnunquam ſtudium vicino impenditur horto,*
*Et certo fragiles ordine pono pyros.*
*Aut trunci germen ſuper addens inſero malos,*
*Aut herbas metis colloco ritè ſuis.*
*Sæpè etiam arborea ſubſidens feſſus in umbra,*
*Doctorum egregios volvo revolvo libros.*
*Sic mihi tempus abit, ſic tædia fallo ſenectæ,*
*Intereà tacito mors ſubit atra gradu.*

## HENRICUS RANZOVIUS de ſeipſo.

*VIuo: Poſt moriar. Sic fert divina voluntas:*
*Hæc quæ Vult, eadem me quoq; velle decet.*
*Vitæ mihi melior continget, temporis hujus*
*Vita. Quam vixi, vita operoſa fuit.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Quam ſpero vitam, Chriſti mihi ſanguine parta eſt,*
*Hac dabitur læta pace Deoq́; frui.*

## Aliud.

*SAt mihi, ſat laudi, caris vixi ſat amicis,*
*Mors mihi ſperati muneris inſtar erit.*
*Ergò fama vale, ſpes & fortuna valete:*
*Tu quoq́; Rex demens, patria, ſtemma vale.*

SEQUN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# SEQUUNTUR NUNC NONNULLA, PARTIM PROſa, partim carmine conſcripta à Lauterbachio, & alijs.

## DE ORIGINE, NOMINE, FORtitudine & fidelitate Cimbrorum.

EX LIBRO TERTIO VVOLFGANGI LAZII, *Hiſtorici Cæſarei, de gentium migrationibus.*

*SIc & Cimbros, Gomerumq; autorem populi illius à bello, quod* Kampff *&* *Saxonicè* Kamp *nuncupatos crediderim: unde bellatores viri,* die Kempffer / die Kemper. *Græcis enim litteris Germanos uſos, & Cæſar tradit, qui* κίμβρος *ſcribunt.*

PLU-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,:49 8°]

## PLUTARCHUS IN VITA C. MArij de Cimbris.

*CImbri quidem ex eo quod agrum ſuum nunquam exierant, & remotiſſima regione venerant, unde, quivè eſſent non conſtabat, qui tanquam nubes in Galliam Italiamq; irruperant. Sed Romani ex eo arbitrabantur, populos Germanicos eſſe ejus generis, quod ad borealem Oceanum ſedem habent, quòd homines magno corpore horrẽdisq; oculis eſſent, & quòd apud Germanos Cimbri prædones appellarentur.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## L. IULIUS FLORUS LIB. III. cap.3. de iiſdem, hæc refert.

*HI, quis crederet per hyemem, quæ altius Alpes levat, tridẽtinis jugis in Italiam provoluti ruina deſcenderant: Atheſin tranſiluerant, et ſi ſtatim infeſto agmine vrbem petiſſent, grande diſcrimẽ eſſet, ſed in Venetia, quo ferè tractu Italia molliſſima eſt, ipſa ſoli cœliq; clementia robur elanguit. Adhæc panis uſu, carnis coctæ, & dulcedine vini mitigatos Marius in tempore aggreſſus eſt, & millia centum quadraginta ceciderunt.*

*Nec minor cum vxoribus eorũ pugna quam cũ ipſis, & perinde ſpecioſa mors earum, quam pugna fuit.*

CASPAR ENSIUS IN DESCRIptione ſua belli Dithmarſici A. 1559. geſti de mulieribus Dithmarſorum, qui etiam Cimbri ſunt, hæc tradit:

*Mira canam, ſed vera canam: viſa inter acervos*
*Feminei ſexus, cæſorum corpora, duro*
*Enſe accincta latus, rigidaq; induta lorica.*
*I nunc, fœmineumq; imbellem credere ſexum*
*Aude, & Amazonias mirare in prælia vires.*

IN NOMEN ET ORIGINEM Cimbrorum.

EPIGRAMMA
AD WOLFGANGUM LAZIUM, Hiſtoricum Cæſareum.

Kemper. *Dic mihi, qui populos numeras ab origine Lazi,*
*Cimbrica qua ſeſe Natio voce ferat?*
*Germani Cimbris ſua nomina prima dederunt,*
*Quod nimium his cordi gloria Martis erat.*
*At quis utriq; autor populo? Communis utriq;*
*Iapeto Cretus Pater, Gomerus erat.*

M. G. L. Frob: faciebat.

CIMBRORUM GLORIA BELLUM.

## DE CIMBRIS EX VALER. MAX. Lib. 2. cap. 1.

*Cimbris decus bello mori, nefas thoro.*

*CUr dant militiæ pugnantes jubila Cimbri?*
*Gloria militiæ, fortiter arte mori.*
*Aſflicti morbis contra cur triſte queruntur?*
*Laude nefas nulla Martis, obire diem.*
*Bellica plus cordi Cimbris, quam gloria pacis,*
*Suave mori bellis, in thalamoq́ grave.*

I. L. P. C.

## LUCANUS.

*OMnis, in Arctois populus quicunq́ pruinis*
*Naſcitur, indomitus bellis & mortis amator.*
*Felices errore ſuo quos ille timorum*
*Maximus, haud urget Lethi metus.*

## DE NOBILIBUS HOLSATIÆ & eorum antiquitate.

*EXimijs animoſa quidem ſe Cimbria tollit*
*Nobilibus, ſanguis varijs Aleſeldicus auſis*

*Excellit, ſua progenies encomia jactat.*
*Sebſtediana genus PogVVtſcum nobile quondam*
*Floruit: Illuſtris Ranzoos protulit ortus:*
*Abſolvere ſuum iam bis duo ſecula curſum,*
*Ex quo Cimbriaca præſtans hic ortus in ora*
*Cæpit & egregios felicibus edidit aſtris*
*Marte togaq́ꝫ viros, quorum iam facta per orbem*
*Noſcit uterq́ꝫ Polus, digni quos multa nepotum*
*Ætatis ſoboles longos transmittat in annos.*

Ionas Elueruelt.

## FIDELITAS GRATA,
## De Borchardo Itzehudæo, nobili Holſato,

D*Duci fideli ſunt fideles ſubditi.*
*Magnas Holſatiæ Comes Gerardus.*
*Parva Chriſtophori cohorte Regis,*
*Fortuna duce, copias, Leonis*
*Campo fuderat. Itzehudus, hoſtem*
*Regem, nobilis Holſatus, morantem*
*Noctu intercipit in Vado, trahitq́ꝫ*
*Gottorpum: Comitem Vocat tumultu,*
*Et plagas ſimulans graves, requirit.*
*Sperandum ſibi quid ſit, obligato*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Danis ob lytron. Huic Comes benignus
Offert ſe, ſuaq; omnia, atq; Vinctos.
Hinc Borcardus ait: mihi benigne
Reſpondes: animo bono eſto, grata
Captivum tibi mente ſiſto Regem.
Fideli Domino, fidelis omni
Prodeſt officijs loco miniſter.

## IO. LAU. P. C.

## ALIUD DE EODEM.

Sit ſervans fidei princeps quicunq; miniſtros
Servantes fidei poſtulat eſſe ſuos.
Huius ego cauſſæ, quò ſit manifeſtior illa,
Verſibus Exemplum commemorabo meis.
Chriſtophorus primus Daniæ Rex, atq; Gerardus,
Holſatiæ, gererent cum fera bella, Comes:
Mirandum evenit: Danorum exercitus ingens
Fuſus ab exigua namq; cohorte fuit.
Quorum pars cæſi gladio, pars altera capti,
Pars ſibi difficili conſuluere fuga
Rex etiam fugit, ſed non aufugit, & hoſti
Traditus infauſta deditione fuit:
Nam Borcardus Eques Regem ſub nocte ſilenti
Cepit, ubi Regis dicitur eſſe vadum.

*Gottorpum ſeſe mox contulit, atq; Gerardi*
*Mentem exploravit calliditate ſua.*
*Expediam paucis, hoc qua ratione ſit actum,*
*Captivum quonam tradideritq; modo.*
*Borcardus magno vigiles clamore fatigat,*
*Ut ſomno poßint evigilare gravi.*
*Territus à ſomno ſurgit Comes ipſe Gerardus,*
*Et caſtri portas obſtupefactus adit.*
*Quis fuerit tanti clamoris, quæritat, auctor,*
*Atq; cupit, clamor, ſcire quid iſte velit.*
*Mox Borcardus adeſt, Comitem affaturq; Gerardum,*
*Aſtute ſimulans vulnera, Vincla, lytron.*
*Quid dabis auxilij, Comes ô generoſe Gerarde?*
*Conſilij porrò quid, generoſe, dabis?*
*Captus ab hoſte fui, cùm me dimittere nollet,*
*Iuravi ſanctè ſolvere velle lytron.*
*Obſtrinxiq; fidem, qua ſi privarer ab hoſte,*
*Vita mihi poſthac omnis acerba foret.*
*Ille refert contrà: non eſt, Borcarde, timoris*
*Cauſſa tibi, non eſt: Exime corde metum.*
*Pro te dimittam Danos, quos agmine magno*
*Cepi, captivis tu redimere meis.*
*Fortunas, omneſq; meas impendere Vires*
*Non me tædebit, liber ut eſſe queas.*
*His dictis, Borcardus Eques Itzhudus ibidem,*
*Captivum Regem ſiſtit, aitq; ſimul:*

Accipe Chriſtophorum, quem votis ſæpe petiſti,
Qui tibi militiæ maxima cauſa fuit.
Fidus enim Dominus, fidum facit eſſe miniſtrum:
Quem fraus delectat, fraude doloq́ perit.
Ergo ſit fidei ſervans, quicunq́ miniſtros
Servantes fidei poſtulat eſſe ſuos.

G. W.

# DE FIDE SERVORUM erga Dominos, comprobata in arce Ranzoviorum Nienslag, in Wagriâ ſitâ.

## *Fidus miniſter ære multo carior*

*Eſt regio, Holſatis ducibus quæ ſubdita paret*
*VVagria conſueto nomine dicta ſuo.*
*Arx fuit hic olim, Neoslagia nomine dicta,*
*Sed præſens ætas non meminiſſe poteſt*
*Hæc triplici Vallo, circundata foſſa,*
*Stagnum piſce ſcatens nec procul inde fuit.*
*Ranzovius poßeßor erat, ſed triſtia tandem*
*Nobilis hic dicta paßus in arce fuit,*
*Duriter á Slavis obſeßus, quicquid habebat*
*Deſeruit, Vitæ conſulvitq́ ſuæ.*

Nam deſperata re, per ſtagnumq́; vadumq́;
  Ipſe natans, arcem liquit opesq́; ſimul.
Cætera turba ſuo miſerè ſe dedit hoſti,
  Cuncta avidæ cujus diripuere manus.
Cumq́; juberentur veteres migrare Coloni,
  Inveniebatur ſpretus in arce Puer,
Qui ſervire coco conſueverat, is prece multa
  Obtinuit, quoniam corpore parvus erat,
Ut ſecum auferret, quantum portare valebat,
  Mox humeris puerum ſuſtulit ipſe ſuis:
Nempe ſui Domini natum, quem pectore fido
  Dilexit, pueri captus amore puer.
Communis fuit his luſus, commune periclum,
  Cummunis tandem venit utriq́; ſalus.
Ranzovijs etiam poſt annos reddita multos
  Sunt bona, quæ Slavi diripuere truces.
Impenſisq́; novis arx eſt conſtructa nepotum,
  Sed fuit hæc alio conſtituenda loco.
HENRICUS RANZOU Produx modò poßidet illam,
  Quæ de RANzovio nomine nomen habet.

G. W.

## ALIUD.

ARctois arcem quondam produxit in oris
  VVagria, Lingua novumCimbrica dixit opus

*Robora bis geminis ſervarunt nomina ſeclis,*
*Et deſolati ſunt monumenta loci:*
*Cujus adhuc noſtro veſtigia tempore circum*
*Foſſa paludoſis herbida claudit aquis.*
*Ardua ſtagnantes ſtabant ad culmina fluctus,*
*Suggeſtaq; triplex extulit agger humo.*
*Taurige: * hanc poſtquam angebat milite Slavus,*
*Illius ut poſſet victa ſubire jugum,*
*Et dabat optatum Slavis victoria Martem,*
*Spes neq; devictos quam relevaret, erat:*
*Obſeſſam tenuit qui tunc, RANZovius, arcem,*
*( Ut fugeret duri militis arte manus.)*
*Trajiciens ſtagni luctantia flumina, vitæ*
*Dicitur invento conſuluiſſe vado.*
*Captaq; ſervato medias ductore per undas,*
*Arx ea cum facta deditione foret:*
*Parcite, victores, dixit puer: ægra culinæ*
*Mancipium Dominis ſors dedit eſſe cocis.*
*Parcite, nil merui: quæ tollere convenit apto*
*Pondere. ſint humeris ſarcina tuta meis.*
*Sit locus, hoſtis ait, veniæ, devicte: quod optas*
*Auſer. & illæſo corpore tende viam.*
*Nobilis ergò ſui natum, colludere cum quo*
*Eſt ſolitus, dorſo ſuſtulit inde ſuo:*
*Ac iſta fidei memores ratione per hoſtes*
*Hunc profugo fertur reſtituiſſe patri.*

** Epitheton ab inſignibus Slavorum.*

*O tenero juvenis fidas in pectore dotes,*
*Quem penes eſt Domini cura ſalusq; ſui.*
*Te quoties merito virtutum nomine jactas,*
*Hac quoq; noſce tuum, Cimbria, laude decus.*
*Iugera Ranzoviæ ſunt reddita deniq; genti,*
*Arx tamen eſt alio poſtea ſtructa loco.*
Ranzauw. *Cimbricus hanc dictam gentis de nomine produx,*
*Acceptam magno nunc tenet ære domum.*

Ionas Elvervelt.

## DE ANNA BREIDANA. D. Othonis Ranzovij conjuge Heroica, quæ tantæ pietatis in filios fuit, ut hoſtibus arcem invadentibus, locum monſtrare noluerit, quo eos abſconderat, ardenti quoque foco impoſita: ac ſic eoſdem, ne caperentur, ſervavit.

*Maternus eſt in filios ingens amor.*

*MUtius exemplum memoratur Scævola fortis,*
*Errantem quod ovans torruit igne manum.*
*Ranzovij conjux exemplum majus Othonis,*
*Breidana ducens nobilitate genus.*

*Arce*

*Arce expugnata clam quos abſconderat, hoſti*
*Ne temerè natos proderet ab ore ſuos:*
*Non tantum dextra, toto ſed corpore flammas*
*Ardentis, pectus fert animoſa, rogi.*
*O fidam matrem! vivant ut pignora vitam,*
*Non vitæ parcens fortis in igne manet.*
*Extorquere locum fruſtà tentabat ut hoſtis,*
*Ne redeunte viro fortè prematur, abit*
*Hoſte ſoluta ſuos per tempora longa dolores*
*Suſtinuit, donec reddita juſta ſalus.*
*Deſine, Roma, tuos extollere, non modo fortes,*
*Dat quoqȝ magnanimas Cimbrica terra nurus.*

I. L. P. C.

*Dulce & decorū eſt pro patria mori.*

MORS PRO PATRIA GLORIOSA.

DE POGWISCHIA MATRONA magnanima, quæ cùm amiſiſſet in expeditione, quā Comes Holſatiæ Gerardus contra Dithmarſos ſuſcepit, filios octo, & maritum ſalvum redire falsò nunciatum fuiſſet, cum recipere noluit, antequam vulneratum quoq; eſſe certè cognoviſſet.

Pro

## Pro Patriæ mori ſalute gloria:

*DItmarſi multos è nobilitate dediſſent*
*Cum letho, ſociæ quos genuere domi.*
*Accipiens ſobolis miſeram Poguuiſchia mortē,*
*Et ſupereſſe virum ſic ſtomachoſa refert:*
*Non latus attinget mihi conjux amplius unquam,*
*Mercatus vitam qui, ſine laude, fuga.*
*Militiæ vitam qui pro Duce vovit, multum*
*Amiſſo pugna turpe redire Duce.*
*Nuncius admirans ſtomachoſæ verba, ſubinfert:*
*Non fugit, vitam ſpiritus æger agit,*
*Cominus accepto vix ducit vulnere vitam.*
*Hinc ad ſe rediens, pectore læta, refert:*
*O me felicem, quæ prolem nacta virumq́ꝫ,*
*Pro patriis vitam qui poſuere focis.*
*Nil mirum, dictis quod talibus ora reſolvit,*
*Conjugis ac reditum reſpuit ipſa ſui.*
*Fœmina magnanimis ſiquidem fuit edita Cymbris,*
*Quod nos Plutarchi ſcripta diſerta docent.*
*Cymbrigenæ proprios interficere maritos,*
*Hic ait, ex bello cum rediere fuga.*
*Si qui pro patria non fortiter arma tuliſſent,*
*Turpiter at vitæ conſuluere ſuæ.*
*Vulneribus patriæ, virtus, quæ commoda quærit,*
*Digna favore hominum, digna favore Dei.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

HAnc PogWiſchiam vere ex veteribus Cimbris prognatum eſſe nemo dubitare poteſt : Cimbrorum mulieres, amicos ſuos, & affinitate ſibi cōjūctos ſolitas fuiſſe interficere, quos videbant in bello turpi fuga ſalutem ſibi quærere : quod Plutarchus affirmat ita ſcribēs in vita C. Marii conſulis.

*Nam mulieres, quæ ad currus nigro amictu ſtabant, fugientes neci tradebant; Quædam enim viros, quædam fratres, quædam parentes & filias infantes manibus, ſuffocantes ſub currus ac jumentorum pedes dejiciebant, ſeipſas autem gladiis jugulabant.*

## EPIGRAMMA IN FORTITUDInem Cymbricarum mulierum.

*TEmpore quo Marius Romana conſul in urbe,*
*Victrici fudit Cimbrica ſigna manu.*

*Cimbrorum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Cimbrorum in caſtris res non indigna relatu*
*Accidit, hanc verſu commemorare libet.*
*Namq́; ubi Romanis aquilis victoria ceſſit*
*Et Cymbri rapidæ terga dedere fugæ.*
*Uxores horum ad currus & caſtra relictæ*
*Dedecus hoc tentant cæde piare grave.*
*Ergò revertentes nulla cum laude per iram*
*Ultrici periмunt non ſine cæde viros.*
*Hîc rogo, non ſatius fuerat tibi, Cimber, ab hoſte*
*Conjugis à dextra ne moriare, mori?*
*Harum ex reliquijs nuruum Poguuiſchia & inde*
*Se genitam verbis prodidit ipſa ſuis.*
*Quippe ait: haud thalami dignabor honore maritum*
*Chara magis turpi cui nece vita fuit,*
*At falſo dictum fugiſſe, haud fugerat iſte.*
*Cominus at multo vulnere cæſus erat.*
*Cimbrigenum ſalve tellus Mavortia, fortes*
*Cum nuribus partu divite funde viros.*

ET AGERE ET PATI FORTIA CIMBRICVM EST.

## PIETAS MULIERUM NOBILIum Holſaticarum in maritos ſuos, cæſos à Ditmarſis ac ſepultura prohibitos, quos ſub Monialium habitu vxores humarunt.

A. C.

ANNO CHRISTI 1404.

## In Conjuges, pias decet eſſe Conjuges.

A Chriſto nobis de pura virgine nato,
Reddita quo miſeris vita ſalusq́; fuit, (nos
Mille, quadringentos, & tres cōpleverat an-
Phœbus, & in curſu præpete quartus erat:
Tum in Ditmarſos effrenes prælia movit
Dux Holſatorum, ſed miſeranda nimis.
Nam bis ſex Equites auratos pugna, trecentos
Inſuper inſignes nobilitate viros,
Atq́; Ducem letho dedit improviſa Gerardum,
Non mala cauſſa licet belligerantis erat.
At nunc à viduis, quid facta clade ſit actum,
Nobilibus paucis commemorare libet.
Veſtibus indutæ, quas virgo monaſtica portat,
Conjugibus præſtant hoc pietatis opus.
Corpora ſollicitè quærunt occiſa ſuorum,
Exequias illis inſtituuntq́; pias:
Et mœſtis animis funebria munera ſolvunt:
O pietas omni commemoranda die!
Dithmarſi ſiquidem tumulum, mihi crede, negaſſent,
Inſigni claris nobilitate viris.
Hac ita decepti ſancta niſi fraude fuiſſent,
Matronæ æternum quam meruere decus.

G. W.

ALIUD

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## ALIUD DE EADEM PIETATE

TEmpore quo Princeps cum nobilitate Gerardus
Dithmarſûm rigido cæſus ab enſe perit,
Victrix ira negat poſtremum mortis honorem,
Quem pro defunctis orphana turba rogat.
Non tulit hoc Pietas muliebris, juſtaq; ſolvit,
Hoſtes laudato ludificata dolo.
Quippe ſuas Viduata cohors, monialis amictu
Cincta per exequias ritè recondit humo.
O fidasq; piasq; nurus! inhumata ſuorum
Quæ Iove ſub puro membra iacere vetat.

M. G. L. F.

## ALIUD.

In Coniuges pias decet
Non fictus uxores amor.

PRæcipuos inter quondam Virtutes honores
Gloria Thebanas extulit alta nurus,
Poſtquam devictos miſeranda clade maritos
Servaſſent humeris (provida turba) ſuis.
His ſimiles edit matronas Cimbria, nurus
Thebanis præfert quas Pietatis amor.
Nam vera Dithmarſis Princeps dum bella Gerardus
Movit, & adverſa concidit hoſtis ope,

Pectora

Pectora nobilium gens illa trecenta feroci,
Et bis ſex Equitum, cum Duce, ſtrage dedit.
Nec quiſquam, præter Veſtales, funera, Nymphas,
Tradere cui terræ cæſa daretur, erat.
Ergo ne diræ lacerarent membra volucres,
Neu Canibus fœdis eſca Cruenta forent,
Fingebant habitus Moniales Veſtibus albis
Orba parens natis, orbaq; nupta viro:
Aſpera belligeri nec mille pericula Martis,
Nec loca fecerunt enſibus apta moram.
Per medios Pietas hoſtes, medioſq; per enſes
Monſtravit tutas mensq; probata, vias:
Corpora donec erant fatalibus abdita terris,
Iuſtaq; defunctis Manibus apta darent.
Felices, tanto decorati mortis honore,
Cumq; ſuo quibus eſt Principe dulce mori!
Cedite, matronis Thebanæ cedite Cimbris,
Veſtra fuit Vivis officioſa manus:
Cimbrica non ipſa Pietas in morte relinquit,
Eſt quod in exequijs teſtificatus amor.

I. E.

## Aliud in eandem ſententiam.

Dithmarſo in bello cecidit cum Marte Gerhardus
Holſatiæ illuſtris magnanimusq; Comes:
Nobilium numerus cecidit quoq; cæſus ab hoſte
Ingens, ſub dio qui jacuere diu.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Aſt horum uxores inhumata relinquere nolunt
Corpora, quæ buſtis digna fuere ſuis.
Decipiunt igitur Moniali veſte Colonos,
Iſtaq; prætextu relligionis humant.

D. S. H.

# VIRTUS IMMORTALIS. DE IOANNE RANZOVIO Equite aurato, & Duce belli Dithmarſici ſummo.

## *Belli comes ducis periti gloria.*

*Quod fuit in Pœnis truculento perfidus ore*
*Hannibal, Auſoniæ peſtis acerba ducum:*
*Quod fuit Arminius Germanos ſtrenuus inter*
*Heroas, domina maximus Vrbe timor:*
*Quod fuit urgendo felix Sertorius hoſte,*
*Res cujus geſtas famaq; lausq; vehunt:*
*Quod fuit Hector atrox, quo magna ſuperſtite victas*
*Non Graijs potuit tradere Troia manus:*
*Quod fuit armipotens Danaum protector Achilles,*
*Mœonidæ celebrat quem tuba vatis opus:*
*Hoc fuit inſignis, Cimbrorum gloria, ductor*
*RANZOVIUS, nomen cui dedit alma Charis.*

Annibal

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Annibal, Arminius, Sertorius, Hector Achilles,*
*Cimbrorum Ianus gloria Ranzovius.*

I. L. P. C.

# MORS MEDITANDA.
## HENRICO RANZOVIO
## Produci Cimbrico.

## *Præſtantior luctus pio, quam gaudia.*

*EST homini melius morientis adire penates,*
*Gaudia quam terris immoderata ſequi.*
*Inde petit tandem pereat quo ſine, ſolutus*
*Qui fatis nullo tempore vivit, homo.*
*Inde petit cauſas felicia ſata precandi,*
*Securus vivat ne memor orbe necis.*
*Dum præmiſiſti cognato ſanguine multos,*
*Henrice, eq́ꝫ tuis, qui ſubiere polos:*
*Illorum exemplis didiciſti vivere Chriſto,*
*Et Chriſto ſana relligione mori.*
*Hoc tua teſtantur de mortis Carmina ſine,*
*Quæ digno paſſim Lector honore colit.*
*Eſt melior riſu luctus, mens conſcia luctu*
*Erigitur, quærens fracta pavore DEUM.*

I. L. P. C.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# SPES VITÆ LUCTUS PHARMACON: HENRICO RANZOVIO PROduci Cimbrico.

## *Migratio quod eſt amici, mors pijs.*

*NOn hominem prorſus mors, credit ut impius aufert,*
*Parta ſua felix cum meliore viget.*
*Quod longinqua ſolo migratio ſuavis amici,*
*Hoc hominis verè mors gemebunda pÿ.*
*Aſpectu parvo nos privat tempore vultus,*
*Dum peregrè, linquens nos, inopinus abit:*
*Læticiam reddit vultu præſente reverſus,*
*Et vitæ referens, & mala paſſa viæ.*
*Peccati mortem ſtipendia quisquis amicus*
*Ex Domini patitur lege vocatus humo,*
*Læticia, ſplendens redivivo corpore, ſurget*
*Maiori, veniet quando ſuprema dies.*
*Tunc læti coram cœleſti Patre loquemur,*
*Turbabit nullus gaudia noſtra dolor.*
*Spes omnem vera lenit pietate laborem,*
*Quem facit in Cœlo vita futura pÿs.*

I. L. P. C.

BONOS

## BONOS DECET MEMORIA.

## IN PYRAMIDEM, MONUMENTum Regium ad Segebergam, ab Henrico Rantzovio Produce Cimbrico conſtructum.

### *Æterna debetur benignis gratia.*

*HENRICUS memori colendus ævo,*
*Ut ſe, RANzovius, DEO probaret.*
*Gratum pro meritis; ſuum probaret*
*Ut Regi, Patriæ. Parentibusq́;,*
*Ac toti generi potens amorem;*
*Hoc, Regi, Patriæ, Deo, Parenti,*
*Ac toti generi, ſuo ſacellum*
*Sumptu conſtituit, quod inſtar altæ*
*Surgit Pyramidis leves in auras.*
*Terrennis moneat pios relictis*
*Cæleſtes avidi petant ut auras:*
*Legavit reditus adhæc, quotannis*
*Æs centum ut capiant, ciboſq́; egeni,*
*Pro Regno: patria, parentibusq́;,*
*Toto ac ſanguine, qui DEUM precentur,*
*Ut Regnum patriam, genus, parentes,*
*Clemens aſſerat, ut genus parentes,*
*Regnum, patria floreat perennis*

*Laudem pro meritis, patres, merentur*
*DEVS, patria, Rex, genus perennem.*

I. L. P. C.

## HENRICUS RANZOVIUS de ſe ipſo.

*SI patriã, patria eſt mihi Cimbria ſtemmata quæris:*
*Nobile Ranzoviis me genus addit avis:*
*Si mores, vitamq́, vetat, pudor addere de me,*
*Muſa ſed hos: Patriæ cætera nota meæ.*

I. E.

## IN INSIGNIA FAMILIÆ RANZOVIORUM.

## AD ILLUSTREM ET MAGNIficum virum HENRICUM RANTZOVIUM, I. Douſæ Filij carmen.

*QUæris, RANzovio in clypeo cur fulgeat inde*
*Candidus, hinc rutilus color? unde inſigne paternum*
*Cornua bina gerat criſtato in vertice caſſis?*
*Deſignat Phœbi auricomum nitor igneus ignem,*
*Cornibus & niveo ſignatur Luna colore:*
*Huic & inaurato Taurus cadit hoſtia cornu,*
*Ipſaq́ per ſuperas puris it cornibus auras,*

Tota

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Tota eadem nivea eſt, eadem eſt argentea tota.*
*Scilicet id quondam præſago pectore vidit*
*Conditor ille tuæ, RANzovi maxime, gentis,*
*Te Solem Arctoos pariter Lunamq́; futurum*
*Per populos, variante polum noctuq́; diuq́;*
*Deficeres qui non aut luce, aut noctibus ullis:*
*Inuideant orbi donec te Fata nitentem*
*Semper & obſcuris jubeant excedere terris.*
*Quippe die exoriente alternis Lumina cælo.*
*Vectat Equis Titan, tenebrasq́; argentea pellit*
*Luna: at tu & tenebris radiatum inſigne diei*
*Promis, & ipſe tuo Solem fulgore laceſſis.*
*Ingenij hoc faciunt dotes, hoc munera Sortis,*
*Et facies auguſta, & honoræ gratia formæ.*
*Hinc nondum te inſerre aſtris fulgentibus audent*
*Sol Phaetontææ metuens exempla ruinæ,*
*Cynthia perpetuas ſublato Sole tenebras.*
*Ne jubare ipſe tuo colluſtres omnia ſolus,*
*Et pariter gemini fungaris munia Phœbi.*

## EIUSDEM IN POMARIUM horti Rantzoviani.

### EPIGRAMMA.

*Hic ubi ſublimes ſurgunt Pomaria in auras*
*Nympharum loca ſunt quondam habitata choris.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Gratia magna tibi, RANZOVI: tu facis, ut ſit,*
*Iam nemus Aonidum, quod Dryadum ante fuit.*

# SYMBOLON SERENISSIMI AC potentiſsimi Danorum quondam Regis, FRIDERICI. II. nunc pijss: in Chriſto defuncti:

*SPES MEA SOLA DEVS.*

**Mein Hoffnung zu Gott allein.**

*SPes alit hunc animum, dubiæ ſpes ancora vitæ eſt,*
*Gaudia mens vitæ, ſpe bene fulta capit.*
*Erigit oppreſſum, ſolatur, compede vinctum,*
*Eximit injectos ſpes animoſa metus.*
*Excutit oppoſitæ ſpes una pericula mortis,*
*Et ſperare pios gaudia viva jubet.*
*Omnia præſentis ſpes ſuſtinet unica vitæ:*
*Incipit, & finem ſpes moderata videt.*
*Eſt bene: ſpes læta eſt. Male ſed: neq; frangitur illic:*
*At qui ſpe tandem decidit, ille miſer.*
*Irrita ſed quoniam ſperantur plurima vulgo,*
*Spes rerum eventus ludere ſæpe ſolet.*
*Ergò, ſpes noſtræ vigilantum ſomnia ne ſint,*
*Servabunt certam Regia vota viam:*

SPES

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

SPES MEA SOLA DEVS, nunquam fruſtrabor in ipſo,
Incipit atq; facit SPES MEA SOLA DEVS:
Spes mea ſola Deus, feliciter omnia cedent,
Nam regit eventum Spes mea ſola Deus.
Spes mea ſola Deus, nihil ut declinet amuſsis,
Conſilio revocat Spes mea ſola Deus.
Spes mea ſola Deus, ſi quid mihi triſte ſubintrat
Gaudia reſtituit Spes mea ſola Deus.
Spes mea ſola Deus, cœpto fruſtrabitur hoſtis,
Nam tibi ſum curæ Spes mea ſola Deus.
Spes mea ſola Deus, ſi corruat orbis & æther,
Eſt & erit ſemper Spes mea ſola Deus.
Spes mea ſola Deus, rapiat mors horrida vitam,
Reſtituet vitam Spes mea ſola Deus.
Spes mea ſola Deus: Satanas, Mors ortus & orbis,
Nil ſunt dum ſuper eſt Spes mea ſola Deus.

A. LL.

## SYMBOLON FRIDERICI II, Daniæ Regis.

IN DEO SOLO SPES MEA.
FIDES EST CARO FERINA.

*Fides caro ferina, Spes mihi Deus.*

Spes mihi ſola Deus rerum peracerba creator:
Intemerata fides orbe ferina caro.

I.L.R.C.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## Aliud.

RAra fides avis eſt: fraus regnat ubiq́; dolusq́;.
Fide DEO, ſic fraus nulla dolusq́; nocet.

FATUM DIVERSUM.

## Symbolum Danielis Ranzovij.

## DIVERSO TEMPORE, DIVERSA FATA.

*Sub diſpari diverſa fata tempore.*

*TEmpus idem non eſt, vario pro tempore fata*
*Mutantur, pluvijs proxima Sole dies.*

I. L. P. C.

COELUM PATRIA.

## IN EMBLEMA HENRICI RANzovij Producis Cimbrici.

*Dies mortis, æternæ vitæ natalis eſt:*

Cum ſigno Cranij & ſpicis ex eo naſcentibus.

*Exordium vitæ perennis, mors pij.*

*RAnzovidum columē gelidas Henrice per Ar-*
*Imperium Dani qui vice Regis obis. (ctos,*
*Enaſcens cranio ſeges, hora nitensq́; Lucerna,*
*Iudicium vitæ, mortis, & omen habent.*

*Æterna*

Æternæ vitæ natalis funeris hora,
Si Dux eſt verbum corde lucerna Dei.
Non moritur, vitam, moriens baptiſmate lotus,
Qui pendet verbo mente fideq; ſubit.
Hæc tua dum pietas animo tibi ſuggerit Heros,
Hac precor ut felix ſis pietate tua.
Eſt verè felix, qui magnos inter honores,
Hoſpitij & patriæ vivit in orbe memor.
Hoſpitium tellus, eſt cœlum patria, præfert
Hoſpitio patriam ſanctus & aſtra ſuo.

I. L. P. C.

## Aliud.

GRana velut putrefacta novas meditantur ariſtas
Corpus ſic gignent oſſa ſepulta novum.
Nempe ex interitu fluit inſtauratio noſtri,
Dulceq; principium finis acerbus habet.

## Epimanundas Thebanus apud Valerium lib. 3. iam moriturus.

*NOn finis, commilitones meæ vitæ, ſed melioris & alterius initium advenit: nunc enim veſter Epimanundas naſcitur, quia moritur.*

## PRECES H. R. PRO FOELICI ex hac vita exitu.

ALme pater, vitæ qui das primordia noſtræ,
Quiq; ſacro nobis numine ſemper ades,

Fac

*Fac etiam vitæ felix ſit ut exitus hujus*
*Ultima nec mortis ſit gravis hora mihi.*
*Patria, fama, Domus, Spes Rex Fortuna valete,*
*Sat mihi ſat vixi, Cimbria clara tibi.*
*Diſſolvi cupio vitæ pertæſus & eſſe*
*Cum Criſto : Chriſto dulce vocante mori.*

## *PYRAMIDES RANZOVIANÆ.*

Illuſtria monumenta, in piam æternamque Potentiſs : Daniæ Regum, pijs fatis prædeceſſorum, memoriam: futuræ verò Reſurrectionis, ac cœleſtis in Chriſto IESU vitæ conſolationem exſpectationemque lætiſsimam erecta: à Generoſo ac Nobili Domino, Dn. HENRICO RANTZOVIO, Regiæ Danicæ in Ducatibus Holſatiæ, Ditmarſiæ ac Schleſevici, &c. Produce, Pietatis & honoris ergò : Elogium graphicum.

*Mirata eſt Ephesus præſignia templa Dianæ,*
*Arte gravi dederat quæ Sacra multa dies,*

*Caria*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Caria mirata eſt inſculpto Rege ſepulcrum,
  Et Mauſolëi gloria ſumma fuit.
At Rhodos efficto mirata eſt Sole Coloſſon,
  Mira fuit miræ molis Imago Iovis.
Turritam Beli Regina Semiramis Urbem
  Fecerat, ingentis penè ſtuporis opus.
Ogdoos Ægypto, celebrato littore Nili,
  Regia, Pyramidum laude, ſepulcra dedit.
Una domus Cyri miracula talia vicit,
  Auro cælatum grande Menonis opus.
Nil Epheſus: nil Mauſolëi fama ſepulcri,
  Nil Phœbi effictus grande Coloſſus habet:
Nil & Olympiaci Iovis Idolotita moles,
  Phydiaca quamvis effigiata manu.
Nulla Semiramidis reſtabit gratia voti,
  Pyramides ſordent littore Niliaco:
Rantzoi miranda Senis ſi Phana tueris,
  Quæ poſuit Regi vota ſuprema ſuo.
Quidquid enim profudit opum gens Ethnica, totum
  Numinibus falſis impia ſacra dedit.
Oſtentavit opes vero ſine Numine partas,
  Undè ſuperſtitio luxurioſa fuit.
Nec fuit hoc Superis, nec enim mortalibus ullis
  Utile, quos iſthæc frivola vota juvant?
At non hic luxum, neq; prodiga facta videbis,
  RANTZoum ſplendor nobilis ornat opus.

Nulla

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Nulla ſuperſtitio, veri neq́; Numinis horror,*
*Nec Rantzoa Dijs Phana prophana tenent.*
*Fœcundi ingenij magis admirabere dotes,*
*Et qua quæq́; animi dexteritate cadant.*
*Arte laborata hæc, Pia ſunt, ſplendore decenti,*
*Ergò vel ſumma non ruitura die.*
*Rantzoe ſic Pyramides non vertice cœlum,*
*Sed Pietate ſua ſidera ſumma petunt.*
*Manibus illa pijs ſtruxit Ranzovius Heros,*
*Spem vitæ ut doceat manibus eſſe pijs.*
*Hîc ſit Chriſticolûm ter ſancta memoria Regum,*
*Hîc & amicitiæ pignora rara micant.*
*Hîc aperit mens grata ſuum quo fervet amorem,*
*Sedis honoratæ reddit honore vices.*
*Hîc Patris* ἐυστόργου *ſe viſcera tota recludunt,*
*Proſpera quæ poterant hoc in amore mori.*
*Vana ſuperſtitio non hæc celebravit ineptis*
*Numinibus ſupplex ſictitijſve Dijs.*
*Una Trias:* λόγος *atq; parens & Pneuma duo(rum*
*Suſcipit hîc verâ reddita vota fide.*
*Hîc ænigmatico ſermone Oracula cernas,*
*De quibus in totum Delphica templa ſilent.*
*Hîc Eleemoſinæ laceris tribuuntur egenis,*
*Nomine Chriſte tuo, munere Chriſte tuo.*
*Cedite Pyramides, Ægyptica cedito Memphis,*
*Auſa Semiramidos cedite Pyramides,*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Cedite Pyramides, miracula cedite mundi,*
*Hæc divi ingenij ſunt monumenta labor.*
*Vos pietate ſua vicit Rantzoica virtus,*
*Virtus Cœlicolis non inimica Dijs.*

## BIBLIOTHECA RANTZOVIANA, præſtantia Librorum celebratiſsima.

*SI quid ab antiquis mens eſt cognoſcere libris;*
*Volvere doctorum ſi monumenta virûm:*
*Docta vetuſtorum ſeu vis Oracula Vatum;*
*Hæc Ranzoa tibi Bibliotheca dabit.*
*Hic & Ariſtotelis, Divi & monumenta Platonis,*
*Archimedea hic linea ducta manu.*
*Ætas & quidquid veterum ſtudioſa reliquit,*
*Totum hoc Ranzoi Bibliotheca capit.*
*Inſerta hic crebro licet optima quæq; videri,*
*Quæ benè diſſeruit mens generoſa Senis.*

## TABERNACULUM HENRICI Ranzovij ad Senij Valetudinem, natura duce, provide attemperatum.

*SPlendentem cernens abiegnis poſtibus aulam,*
*Ruſtica quid, dices, hæc tabulata volunt?*

Rantzovius

Ranzovius ſenio membra hic confecta refectat,
Humidaq́; expellit corpore cruda ſuo.
Exſtructis quoniam ſudant conclavia muris,
Humores generant corporibusq́; malos.
Membris perfacilè confectis noxia ſunt hæc,
Phlegmate quæ iamtum tarda ſenecta gravat.
Hinc putret ſanguis, nocet hinc pituita cerebro,
Hinc procul ex oculis Somne repulſe fugis.
Aëris aſt ubi temperies, non ſiccior aura,
Humores halant nec tabulata graves.
Fit corpus vegetum, membraq́; pura cerebri,
Sponte quieſcenti Somneq́; grate venis.
Ranzovij domus hæc ità ruſtica forte videri
Poſſet, inexpertis & ſine mente viris.
At ratione bona miratur præditus illa,
Dum tam naturæ congrua mente fuit:
Quisquis conſuevit duros tolerare labores,
Naturæq́; pium negligit obſequium:
Naturæ vires rerum citò lædit abuſu,
Quod nunc Nobilium, plurima turba facit.
Deſtruit ergo ſuam naturam ſæpius ipſe,
Et proprias vires conterit ante diem.
Non ita Ranzovius, canis uenerabilis annis,
Demenſum vitæ negligit ipſe ſuæ.
Cui licet auratis igitur conclavibus uti,
Occultis poterat quiq́; latere locis:

Humanus

Humanus, mitis, vegetus ſenioq; levatus,
  En extrà muros pinea ſepta colit.
Scilicet hæc docuit veneranda ſcientia rerum,
  Quæ placuit juveni nunc juvat illa Senem.

# IRIDIS Ἀλληγορία ET Myſterium.

AD

GENEROSUM ET NOBILEM Dominum HENRICUM RANZOVIUM, virum cum omnium bonarum artium, tùm inprimis Matheſeos, Aſtronomiæ & Phyſices cognitione peritiſsimum: Honeſtorum ſtudiorum Mecœnatem tam liberalem quàm optimum.

MEcœnas Generoſe Senex ac nobilis ortu
  Et ſua quem virtus inclyta Nobilitat:
Iridis hydropiri tibi myſtica ſenſa ſacramus,
  Eſto bonus ſtudijs ter venerande bonis.
Nil equidem humanum magis eſt aut dulcius uſquam,
  Naturæ occultas quàm didiciſſe vias.

VErſicolor cœli ſpectatur nubibus Iris
  Cùm Phœbus radios nube repreſſus agit.

Hanc genitam Thavmante ferunt; ignota Parentis
  Nomina, Factorem Numina Diva notant.
Aëra nam cingit viſu mirabilis arcus,
  Thavmantem præfers diſcolor, Iri Patrem.
Audacterq́ licet fœcunda licentia vatum
  Iriden aëream finxerit eſſe Deam:
His majora tamen Thavmantias Iris adumbrat,
  Veſtitu duplici quando decora micat.
Nempè Iovis conjunx Phœbum demulcet, & ipſum
  Gratia Iunonis nube tenente fovet.
Ergo ſuis radijs vocat ocyus ille miniſtram,
  Pareat, & Dominæ nuncia juſſa ferat.
Nec facilè cernas hyberni temporis Irin,
  Iunoni officium tum quia Phœbe negas.
Neve Iris facilè paret, ferventior æſtas
  AEthereis quoties ignibus urit humum.
Aëris aſt ubi temperies, ubi Climata cœli,
  Frigida nec nimium, fervida nec nimium.
Sunt certè hæc aliquid tectis arcana figuris,
  Inſita naturæ myſtica multa latent.
Eſt res naturæ fateor ſat conſona Phœbum
  Nube cava radijs illa creare ſuis.
Nubibus inductis radios Sol ſpargit obliquos
  Pictaq́ ex adverſo dum pluit Iris adeſt.
Concava ſic nubes, & opaca & rorida guttis,
  Irin ab adverſo Sole tepente capit.

Sæpè

Sæpè fit hoc, ſed non ſemper, nam ſæpè sereno
Aëre, tum Cœlum qua patet arcus adeſt.
Nec pluit intereà nubecula rorida guttis,
Nube latet Phœbus cætera clara patent.
Adde ut nigreſcunt nubes pluvialibus undis,
Et terras validis contuiit imber aquis:
Aëre tunc imo propius te ſtare videbis
Irin, curvato fornice nube procul.
Ni tamen hic mavis reſolutæ nubis in imbrem
(Quod ſimile eſt veri) nubila tanta pati.
Tam miranda refert quoniam mirabilis arcus.
Non modò naturæ tale videtur opus.
Præter naturam, naturæ ſemina ſpargens,
Efficiens igitur cauſſa petenda tibi eſt,
Nempè Deus, cujus iuſſu ſub nubibus Iris
Emicat, & picta myſtica veſte refert.
Diluvio primum poſtquam deleverat orbem
Intulerat rapidas & Cataclyſmus aquas;
Ipſe Lamechiades arca ſervatus ab undis,
Placati hæc cepit fœdera certa Dei.
Non fore pòſt ut ſic mundus mergatur in undis.
Viva nec undantes tam caro cernat aquas
Myſticus hic igitur quam plurima nunciat arcus,
Thavmata Thavmantis plurima nata docet.
In mentem revocat mundi mortalibus ævum
Ob ſcelus admiſſum diſperiiſſe prius.

*Cærulus adſpectu tremulo color indicat illud,*
*Et nos peccati pœnituiſſe monet.*
*At color ignitus cingens ſuperansq; virorem,*
*Quæ ſint pòſt mundi fata futura docet.*
*Nam non unda rapax totum poſt obruet Orbem,*
*Sed mundi præſens flamma reſolvet opus.*
*Interea quæ ſint homini ſolatia vitæ,*
*Indicium felix diſcolor Iris habet.*
*Ignea materies Divinam continet umbram,*
*Et notat humanum cœrula materies.*
*Signa velut quondam duplicis dedit illa columnæ*
*Ductori Iſacidûm, qui regit aſtra Deus.*
*Humani quoniam generis Spes unica Chriſtus*
*Naturæ geminæ creditur eſſe Gigas.*
*Hoc ſignum ſtatuit Cœliq; Soliſq; Monarcha,*
*Cui vis magna DEI, gratia cuiq; ſubeſt.*
*Ira vorat mundum, mundum ſed gratia ſervat,*
*Id ſceleris meritum eſt, hoc bonitatis opus.*
*Et velut anterior mundus ſubſedit in undis,*
*Sic flammis mundi poſteriora ruent.*
*Iunonis famulam dicas Iovis ergo miniſtram,*
*Nunciat ut mundo facta verenda Iovis.*
*Non tamen ergo ſuas vires Natura remittit,*
*Subjacet at ſummo cauſſa ſecunda Deo*
*Namq; humectat humum Thaumantias humida guttis,*
*Irrorans imbres nubibus irriguos.*

Quocirca

Quocircà efficitur plærumq; hic fertilis annus
  Iris quo Cœlo viſa ſubinde micat.
Fit tamen & toties ut Cœlo plurimus imber
  Decidat ac pereat putrida facta ſeges.
Hinc certas tibi ſume notas, & ab Iride ſume,
  Tempeſtatis enim prodromus Iris erit.
Ergo ubi nube caua denſaq; effulſerit arcus,
  Palluerit radijs Solq; perinde ſuis.
Stat nec tota tamen condenſis nubibus Iris,
  Parte patet, magna ſed quoq; parte latet:
Cœlum tunc hominum lacrymas ob crimina fundet,
  Poſtquam homines duros crimina flere piget,
At quamvis hic Diluvio digniſſimus orbis,
  Mitis ſigna DEI tu tamen Iri geris.
Si Pietas Cœlo & Divûm clementia non ſit,
  Hoc hominum mergat dira vorago genus.
Contrà: ſi Cœlum fuerit ſine nube ſerenum,
  Aureus & ſteterit Cynthius ipſe comis:
Integer aut nubes arcus ſi cingat amictu,
  Tempeſtas terna luce ſerena foret.
Temporis hæc multi docet experientia, tempus
  Abdita naturæ nam manifeſta facit.
Illa tibi quoties Thaumantias aëra cingit,
  Nubibus æthereis conſpicienda putat.
Hydropyro donec Chriſtus ſuper Iride Iudex
  Venerit, extremo tempore Carne Deus.

# IN GENETHLIACUM NOBILISSIMI ET STRENUI viri, Dni, Henrici Ranzovij, Sereniſsimi Regis Daniæ, in Holſatiâ &c: præfecti Dni in Bredenberg, Ranzovisholm, Rauzou &c:

PANEGYRICON

*In quo maximè memorabilia Thematis iſtius Natalitij, ſuccinctè recenſentur,*

per

MICHAELEM CLENOVIUM Paſtorem Schönefeldicum.

ETSI *me adſiduis confectum Eccleſia curis*
*Sevocat à doctis, docta cum Pallade, Muſis,*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Nec patitur dulces Muſarum expo-*
*nere fœtus:*
*Si tamen interdum per Phœbum aſ-*
*cendere Collem,*
*Et liceat ſacros inter requieſcere*
*vates;*
*Vtcumq; incipio tenui pede claude-*
*re verſus,*
*Et quamuis leviter, cæptum decur-*
*rere munus.*
*Ergo, Dive Senex, RANZO-*
*VI, ampliſsime Præſes,*
*Qui Patriam meritis, & Mundum*
*nomine comples,*
*Ordiar unde tuas laudes æquare ca-*
*nendo?*
*Quâ venâ? numeris ve quibus? Ti-*
*bi gloria creſcit*

*Immenſa, & latis per mundum di-*
*ditur alis.*
*Felix illa dies, & feliciſſimus an-*
*nus,*
*Qui tibi natalem felicibus attulit a-*
*ſtris:*
*Et merito: Siquidem quando nox æ-*
*qua diei eſt,*
*Binaq; Phryxææ pecudis ſol cornua*
*prendit,*
*Æquales præſtans & luci & no-*
*ctibus horas,*
*Natus es, & puri cepiſti luminis au-*
*ras*
*Hinc qui diverſis percurrunt moti-*
*bus Orbes,*
*Atq; alias vincunt ſtellas fulgore,*
*Planetæ,*

1. Natus eſt H.R.V.R. in æquinoctio verno Sole ☉ ♈ ingrediente,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Vt poſiti in vaſti revoluto Themate Mundi,
Per duodena viam cum Sol legit aureus aſtra:
Sic plerumq; locis omnes verſantur in iſtis,
Quando tuum roſeis Natalem Aurora quadrigis
Rettulit, ô Patriæ pater, & ſpes magna Juventæ,
Quæ res Cæleſtem conſenſum denotat, atq;
In vitâ faciles actus tranquillaq; fata,
Nec non per doctûm monumenta perennia mentis.
Et non prætereo, quod quarto quolibet anno,

11. In Revolutione Mundi & Revolutione Nativitatis H. R planetæ eadem ferè omnes loca occupant.

*Aſcendens Mundi (cum totus ver-*
*titur Orbis,*
*Et Sol Zodiacum emenſus plenum*
*efficit annum*
*Aſcendensq́; tui natalis, partibus*
*æquis*
*Conveniant, ſimiliq́; ſimul compagi-*
*ne currant.*

*Nec minus hæc vitæ eſt niveis ſi-*
*gnanda lapillis.*
*Proſperitas, vir ſumme, tuæ quod*
*quolibet anno*
*In ſe contineat natalis originis Or-*
*bem*
*Angulus, auguſto rutilantis lumine*
*Solis.*
*Nominis unde decus magnum, &*
*virtutis honores*

[illegible] dens [illegible] mundi [illegible] conve[illegible] R

[illegible]

Collig

Colligo immenſum famâ ſuper aêra
notus.
Adde, quòd in ſigno, quod certo no-
mine ſignat
Ignea Triplicitas, poſitos in Cardi-
ne vitæ,
Natalisq; tui, cernis cum Sole plane-
tas
Saturnum & Martem : propriâ
qui ſede locati
Sæpé ſuâ anticipant radijs accende-
re Cælum.
Hæc ea Triplicitas communi hoc
tempore floret
Maximè, & in Cœlis multo ſe ſe-
mine miſcet.
Fallor? an aſtrorum hic poſitus,
Occaſus, & ortus

V.
In ♈ ſigno Triplicitatis igneæ 3 planetas poſitos habet ♄, ♂ & ☉ Ea triplicitas nunc dominatur.

Dignum

*Dignum laude virum rebus deſignat agendis,*
*Conſilioq́; gravem, & multâ virtute coruſcum?*
*Eſt ita: nec toti Deus hæc veſtigia fruſtrà*
*Naturæ impreſſit, quæ vult reverenter haberi.*
*Cui ſtirps Ranzovidum tercentum antiquior annis,*
*Felix divitijs, & fortunata duellis,*
*Non nota eſt? Tua quis præſtantia neſciat acta,*
*Summe vir, & magnâ ſuperatos mole labores?*
*Quis pia facta canat? Quæ non comprendere verſu*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Compoſito, aut ullus potis eſt evolve-
re lingua.
Quæ tua ſit Pietas, quæ vis in rebus
agendis.
Quod vitæ innocuæ ſpecimen, ſine
labe peracti
Teſtantur mores, & mens non indi-
ga laudum.
Te nemo candore prior, nec juſtior
alter
Conſilijs; populi pavitant geſta tua
per Orbem.
Et genus antiquum, & meritos vir-
tutis honores.
Sis felix, hominumq; leva pietate
labores,
Quem fore felicem Natalia ſidera
ſpondent,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,:49 8°]

Cuiq́; dies multos promittunt, ſecul
multa.
Secula nec vivas tantum, quot ſide-
ra ſpondent,
Sed quot gratantur tibi millia mult
clientes.

Inſcri-

Inſcriptio arcis RANTZOVVSHOLMIÆ in
provincia Daniæ Fionia ſitæ.

*Inſcriptio arcis* RANTZOVISHOLMIÆ *in provincia Daniæ Fionia ſitæ.*

RANZOVIORUM INSIGNIA
ET HALLÆ

HINRICUS RANTZOVIUS IOHANNIS FILIUS
BREDONIS NEPOS CAII ABNEPOS HOC PRÆ-
DIUM CUM CIRCUMIACENTIBUS PAGIS A FRIDE-
RICO II REGE DANIÆ AC PROCERIBUS REGNI
DURANTE BELLO SUETICO SEPTENNALI SIBI
SUISQUE HEREDIBUS FAMILIÆ AC POSTERIS
COEMIT ET RANTZOVISHOLMIUM APPEL-
LARI VOLUIT &c. ANNO DOMINI 1568
ANNO SUÆ ÆTATIS 43

## HÆC INSCRIPTIO HAMB: LApidi inciſa in muro ad curiam Præpoſituræ Hamburgenſis ſpectante videtur.

HENRICUS RANZOVIUS Produx Cimbricus pater, & Gerardus Ranzovius filius, præpoſitus Hamburgenſis, conſiliarij Regis Daniæ & præfecti Segebergenſis & Flensburgenſis, Domini in Bredenburg, Ranzouu, Hadſtede, Morſum, Nutſchouu, &c. hunc murum ad domicilium præpoſituræ Hamburgenſis ſpectantem, & vetuſtate collapſum, proprijs ſumptibus, reparari curarunt.

A. D. M. D. XCII.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# HENRICI RANZOVII
## Perpetuum de Bibliotheca ſua decretum.

*Quæ infra ſcripta ſunt, hunc in modum ſancita*
*Inuiolateq́; obseruantor. (ſunto*
*RanZouij. nec quiſquam alius, hunc poßidento*
*Hæredes eam non diuidunto,*
*Nemini libros, codices, Volumina, picturas*
*Ex ea auſerendi, extrahendi*
*Alioué aſportandi*
*Niſi licentia poßeßoris*
*Facultas eſto.*
*Si quis ſecus fecerit,*
*Libros partemuè aliquam abſtulerit,*
*Extraxerit, clepserit, rapſerit*
*Concerpserit, corruperit*
*dolo malo:*
*Illicò maledictus*
*Perpetuò exsecrabilis*
*Semper deteſtabilis*
*eſto, maneto.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## *HÆC IN ARCE RANZOuiana Lapidi inciſa leguntur.*

HENRICVS RANZOVIVS Sereniſsimi Danorum Regis Pro dux Cimbricus hanc arcem Ranzouiam gentilibus ſuis 57000 daleris emit, & de integro ædificauit, Anno ſalutis xCII & D. ſupra milleſsimum Ætatis 67.

*Omnipotens faxit ſtirps ut Ranzoia ſedes*
*Incolat has placidè poßideatq; diu.*

## *DE FONTE BREDENBergensi Ranzouiano.*

Hic fons nuper extructus & exciſus eſt ex lapidibus montis Buckebergensis, qui ſitus eſt in comitatu SchoWenburgensi, in medio areæ collocatus, rotundus, octoginta pedes

des profundus, in circuitu quindecim pedes amplus, ferreis ſex columnis tectoq; gibboſo miro artificio ferreo probe munitus, ſub quo pendent tres ferreæ trochleæ cum cathenis & vrnis quibus aqua exhauritur, nec nō corona cymbalis exornata, aureoq́; pomo ac pinnaculo inſignia Ranzouiâna continente ornatus cum tâli inſcriptione & his verſibus,

HENRICVS RANZOVIVS
Ioh: Equitis aurati filius, produx Cimbricus, F. F.
Anno Domini.
CIↃ. IↃ. XCII.
Ætatis 67.

*Fons ego communem ſcateo fœcundus in vſum*
*Tota domus de me commoda multa capit.*
*Nec precium poſco, nec egenti denego cuiquam*
*Gratuitas ex me quilibet haurit aquas*
*Vtq́; queam ſemper dare nunq̃ copia dandi*
*Deficit & damnis augeor ipſe meis.*

# ELEGIA
## in cædem
## ADOLPHI COMITIS HOLſatiæ ac VVagriæ Ioh : II. Filij perpetratam ab HARTVVICO REVENTLOVIO nobili Holſato A. C, 1315.

*Vide Chronic: Holſatiæ Ioan: Petræi lib. 2. Albert: Crantz: in Saxonia ſua lib. 8 c. 39. & 40. Et lib. 4 urbium Georg Brunij, in deſcriptione arcis Segebergenſis*

## CVIVS FILIAM COMES ante vitiarat; fratrem verò innocentem capite mulctaverat.

## CÆDEM STVPRVMQVE cæde vindicat Deus

*Stupra DeuM cædemq́; odiße fatetur, in auras*
*Erigit exelſum quæ, Seigeberga caput:*
*Hic comes Holſatiæ quondam regnauit Adolphus,*
*Cujus & agnouit VVagria terra iugum.*
*Iſte Reuentlouia prognatam ſtirpe puellam*
*Compreßit, vetito detinuitq́; toro*

Hæc

Hæc Pater HartVVicus natæ cum illata doleret
  Stupra (probrum ſobolis corda paterna ferit.)
Germanoq́; ? ſcelus Comitis tam grande referret,
  Ore ſonat Frater liberiore minas.
Has poſtq̃ Comitis quidam traduxit ad aures,
  Commotum pectus bile tumente furit.
Advocat HartVVici fratrē, venit ocyus ille,
  Nec timet à Domino quid ſibi triſte ſuo.
Illius extemplo caput à Ceruice revulsum
  Germano mittit (triſtia dona) Comes.
HartVVicus ſpectans fratris miſerabile fatū
  Accepit tepidum cæde recente caput,
Sanguinis & guttas his vocibus impiger hausit:
  En Comes, en noſtri ſigna doloris habe:
Quam mihi quam verè fraterni pocla bibuntur,
  Sanguinis, effudit quem tua ſæva manus.
Tàm tibi tàm vere cædem hæc mea dextra parabit,
  Nec claudes ſicca morte, Tyranne, diem.
Crimine qui duplici turbaſti meq́; meosq́;,
  Nec mihi ſupplicium ſimplice morte lues.
Dixit: & euentu paulò poſt dicta probauit,
  Effectumq́; ſuas juſſit habere minas.
Tempus erat, ſpicæ quo creſcunt meſſibus atq́;
  Humida decurſu nox breuiore ruit.
Crevit in HartVVico ſimul immedicabile vulnus,
  Concepta & fruges protulit ira ſuas.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Iamq́ dies aderat Comitis poſtremus, inultum
  Quo tantum Hartvvicus noluit eſſe nefas.
Venator Comitis nemori ſuccedit: Ecce
  Cum lux gramineam rore rigabat humum.
Huc capit Hartvvicus ſylvis, veſtesq́ revincti
  Exuit: at membris induit ipſe ſuis.
Venantisq́ habitu, Catulo comitatus, ad arcem
  Luce nova, greſſu non remorante, venit.
Venantis ſpecie deceptus Ianitor ædes,
  Et certum ad Domini funera pandit iter.
Fraude ſua lætans, propere petit ille Cubile,
  Quà Comitis natus, qua Comes ipſe cubat
Vix admiſſus erat, Comitem cum percitus ira
  Excitat, ac tales edit ab ore ſonos.
Mene: Comes, noſti: cædem nil tale merentis,
  Germani, gnatæ ſtupra memento meæ.
Crede animam Cœlo. fulſit lux ultima, merces
  Quæ ſcelerum, vitæ quæ tibi finis erit.
Dixit: & hoſtili jugulum mucrone reſolvit:
  Cum fuſo Comitis vita cruore fugit.
Nec mora: mox etiam gladio fodit ilia nati,
  Nati, quem Paphiæ furta dedere Deæ.
Cædis at ex oculis ſe protinus abſtulit auctor,
  Pro Patria mutans hoſpita tecta domo.
Diſcite, qui inſontum cædem, vetitosq́ hymenæos
  Diligitis, quos Vis armat & Imperium:

Quie

*Quid prohibere poteſt madida quin morte ſub orcum*
*Præcipites ſcelerum vos Deus ultor agat,*
*Ah miſer: exarmat quem vis ad Crimina præſto eſt*
*Necquicquam armatam pœna morata manum:*

Huius Comitis Adolphi ſepulcrum adhuc conſpicitur in æde ſacrâ Monaſterij Segebergeuſis, cum hac inſcriptione, lapidi coctili inciſa:

*ANNO M. CCC. XV. OCCISVS EST COMES ADOLPHVS CVM FILIO SVO, ET HIC SEPVLTVS.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# ELEGIA DE BOCKVVOLDIO QVOdam & Bulovio, qui dum BockVVoldium capere Voluit ipſemet capitur

*Ex annalibus Holſaticis & litteris in Archivis repertis.*

Qui fallere vult dolo, dolo ipſe fallitur

*Imperij poſtq̃ flexit Chriſtiernus habenas,*
*Huius qui primus nominis auctor erat,*
*Borſtelias quidam tenuit BockVVoldius arces,*
*Iamq̃ colit patria prædia iure Nepos.*
*Illi Martis atrox indixit amore duellum*
*Buloviæ priſcus nobilitatis Eques.*
*Hic vbi nocturnis arces incurreret horis,*
*Exutisq; daret Veſtibus ille fugam:*
*Aureolas, colli redimicula fulva, catenas*
*Secum, ceu ſpolij parta trophæa, tulit.*
*Cumq; ſecutus equo profugum BokVVoldius hoſtem*
*In terris cepit, Saxonis ora tuis.*
*Tende manum ſubitò (dixit) devicte, catenas,*
*Quas tua nocte tulit dextera, redde die*
*Clara dies, oculi clari; res ipsa, quid auſsis.*
*Fortibus inter nos poſsit uterq;, dabit.*
*Sum tuus, hoſtis ait ſponda qua protenus ipſa*
*Abſcondi metuens, illa Catena tua eſt*

Victor

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

*Victor ad hæc: retinens non ergò, quod abſtulit, atqui* ,,
*Reſtituens, furti dicitur eſſe reus:* ,,
*Unde ſimul capti mihi tu, furisq; nefandi,*
*Villosiq; potes jam canis eſſe loco.*
*Sic diverſa favent diverſo tempore fata,* ,,
*Eſtq; noverca dies, quæ fuit antè parens.* ,,

# ELEGIA
## DE BOCKVVOLDIO QVOdam qui ab inimico ſuo VValſtorpio quo cũ de venandi Iure contendebat, antȩ arã ſub ipam Synaxin eſt confoſſus.

*Ex annalibus Holſaticis & litteris in Archivis repertis*

*Ingẽs furit tenui è favilla incẽdiũ.*

*Longa dies monuit ſeros ætate nepotes.*
*( Fama dedit factis, quam meruere, fidem )*
*VValſtorpi lepores quod ſit Venatus in agris*
*Olim BOCKVVOLDIS nobilis ortus avis.*
*Utq; peregrinis poſuit venabula Sylvis,*
*Ac agiles ſpolij ſolvit amore canes,*
*Inſuper eſt ſolito prædam clamore ſecutus,*
*Pulſaq; ſunt duro Cornua rauca ſono.*

Hæc ubi VValſtorpi reſonas perduxit ad aures,
  Forsitan incertis aura ſecunda notis,
Quæ nova? quos agris iterant arbuſta tumultus?
  Dixit & inſtructo retulit acer Equo:
Strenuus & viſo dextram poſcebat ab hoſte:
  Ille dedit celeri terga videnda fugæ,
Principibusq́ reum capturæ detulit, illis
  Cautum, Cimber eques ut caperetur, erat.
Eſt dolus in verbis, dedit alter, falleris haud, te
  Dede, ſatis, dixi vir bone, cede meis:
Vox erat in curſu titubat mens conſcia, verbi
  Quilibet interpres dicitur eſſe ſui
Protinus Holſato ſunt prelia more dicata,
  Diſsidijq́ novas ſparſit Alecto faces.
Cumq́ ſuo fugiens impar VValſtorpius hoſti,
  Natali tutus nec ſatis eſset humo:
Teſtor (ait) ſuperos, non hos tegar ante capillos,
  Tincta ſit hoſtili quàm mea cæde manus.
Intereà patrijs profugus dum vixit ab oris
  Irarum plenis ignibus arſit amor,
Sicut & hoſtiles, quas primùm fugit, aperto
  Fulmine, iam rediens. Urſa laceſsit, opes:
Talis in abſentem VValſtorpius irruit hoſtem:
  Par licet huic animo ſorte ſed impar erat.
Quò non ira, furor penetrant? quem viribus æquis
  Sternere non potuit clade nec ante pari,

Ich ſagte nicht, gib dich, Sondern auß meinem Korn erheb dich.

Huius

*Huius, Chriſte, tua dum Carne cibatur, ad aram*
*Sanguineo labens induit enſe latus.*
*Addidit : Elyſios, i nunc, indagine campos*
*Claude, pijsq́ʒ novus Manibus hoſpes eris.*
*Hac ego te longe melius ratione beavi,*
*Quàm me: propitium ſed reor eſſe Deum*
*Quisquis es: ( ah ) tenuem ne deſpice grandior hoſtem,*
*Excitat ingentes ſæpe favilla rogos.*

# EPITAPHIVM REGIS DANIÆ Friderici II.

*HOc tumulo placida ſublatus morte quieſcit,*
*Qui tenuit Boreæ Rex duo regna plagæ:*
*Quem fortis ſtupuit Cimber, quem Danica pubes,*
*Et coluit ſtudijs Norica terra ſuis.*
*Quem metuit magnus, qui circuit omnia, Nereus,*
*Dum natat in medijs irrequietus aquis:*
*Quem tremuit tumido cum Travo corniger Albis,*
*Et qui vicinos Eidora lambit agros.*
*Qui domuit dextra bellaces vindice Marſos*
*Subdidit & ſcepttis effera corda ſuis*
*Mens cœlo capitur. volat inculpata per orbem*
*Fama, per Eoas ocliduas q́ʒ plagas.*

*ETEOS-*

# ETEOSTICHON

Continens annum, menſem, & Diem obitus ipſius: nimirum

An. Chriſti 1588. D. 4.

*AprILIs qVarto ſoL trIſtIs In æthere LVge*
*CVr CaDIt arCtoo reX FrIDerICVS agr*

# EMBLEMA HENRICI RANTZOVII

*Producis Cimbrici, alio genere Carminis quam prius explicatum*

A

DANIELE TVITEMEJER.

Dies mortis æternæ vitæ natalis eſt.

HENRICI *quid* RANTZOVII
*Danum Regis Vicarij*

*Lucerna*

*Lucerna picta? Clepſydra*
*Cranio ſuper? ſpicæ novæ?*
*Per candelam per clepſydram,*
*Fugacitatem denotat*
*Mortalis vitæ, & quod ſuum*
*Nemo tranſibit terminum.*
*Dies mortis natalis eſt*
*Vitæ perennis: Sis memor*
*Adhortor mortis, ſi velis*
*Cum Chriſto ſemper vivere.*
*Spicis hoc monſtrat optimè*
*Verbisq; Symboli ſui,*
*Heros depingit clarius*
*Vere pater qui patriæ.*
*Nobis ſuperſtes ſit diu.*
*Precamur nos clientuli,*
*Poſt hancq; vitam ei dabis*
*Deus perenne gaudium.*

## Aliud.

*Mors ſua quemq; manet, Chriſto qui credit IESV*
*Vt vivat moritur: mors precioſa piis.*

## Aliud.

*Natalis vitæ æternæ lux vltima mortis:*
*Mortis vive memor, vivere quisq; cupis.*

## Aliud.

*Ex hac diſceſſus vita, vitæ ſit origo*
*Æternæ, hac tecum da pie Chriſte frui.*

*Ejuſdem*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

# EJUSDEM D. T.
## Declinatio mortis

*MORS ſua quemq; manet: Chriſto ſi vivere quæris,*
*MORTIS vive memori, certus quod dempta poteſtas*
*MORTI per meritum Chriſti: Quapropter obire*
*MORTEM non horrent adeò Iuveneſq́; ſeneſq́;.*
*O MORS à Sanctis merito tu Vita vocaris,*
*A MORTE æterná quoniam nos ſoluit IEſus.*

## Aliud eiusdem

*MORS, MORTIS memori, grata eſt, Vis nullaq;*
*( MORTI*
*MORTEM O MORS, Chriſtus MORTE tulit ſua*
*IO.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

## Aliud de morte.

*Securus moritur, qui ſcit ſe morte renaſci,*
*Mors ea nec dici, ſed nova vita poteſt.*

## SERENISSIMI ATQVE POTENTIſsimi Principis ac Dnj Dn. Stephani Bathoris, Poloniæ &c. Regis, Principis Tranſsylvaniæ: De Henrico Ranzovio Produce Cimbrico Iudicium.

*Maxima, nobilibus, laus, eſſe parentibus ortum,*
*Æmatheamq́; ſua vincere ſorte Midam:*
*Majorem pariunt meritæ virtutis honorem,*
*Iunctæ Caſta Leæ cum pietate Deæ.*
*His quia tu multos ſuperas, Henrice, Polonus*
*Talia, Rex de te Stephanus ipſe tulit:*
*Si quis erit ſtudijs, opibus, virtute beatus.*
*Is, me, Ranzovius, Iudice Cimber erit.*
*Ergo tuis, Heros, pergas clareſcere factis,*
*Sic tibi virtutis fama perennis erit.*

*Ionas ab Elverfeldt.*

## ALIA ELEGIA DE ADOLPHO COMITE Wagriæ, & Hartuico Reuentlouio.

„ *Rerum potens ſolers magiſtra occaſio eſt.*
„ *Graves Deo pœnas dabunt mendæ graves.*

SI fortem Cicero defendit Iure Milonem.
Cuius fulmineo Clodius enſe perit,
Dum probat illatam iuſta vim lege repelli.
Si quis amans debet ſanguinis eſſe ſui:
Cur reus Holſatis Hartuicus agatur in oris?
Quo fuit Adolphus cæſus ab hoſte Comes.
Fortibus hic ſiquidem VVagros dum flectit habenis,
(Imperij peſtis, nobiliumq́; lues.)
Et vitæ molles inglorius exigit annos
Fæmineis gaudens luſibus atq́; iocis,
Reſloviæ ſòboles, Hartuici filia ſtirpis
Illius eſt tacito ludificata dolo.
Germaniq́; fero caput (heu ſcelus) amputat enſe
In patina geminis fratribus ora ferens.
Vtq́; ait Hartuicum famulus libaſſe cruorem
Nuncius, immanes fratre dolente vices:
Non queruli terrent me luctus, inquit Adolphus
Intrepido potus ſed movet ore cruor.
Protinus Hartuici gliſcit violentia, cuius
Pectora iam plenis ignibus ira coqnit.
Quiq́; ſuum iuſsus dominum venator adibat,
Huius ab hoſtili concidit inde manu:
At ita mutatis Hartuicus veſtibus alta
Segbergæ celeres figit in in arce gradus.
Quæſitiq́; furens ſceleris mox vltor Adolphi
In plumis rigido perforat enſe latus:

*Sanguineisq́; rigat temerata palatia riuis,*
*Teſtis adhuc paries ſigna cruoris habet.*
*Arcis & in medio proſternit limine prolem,*
*Quam comitis ſtupro propria nata tulit.*
*Ac ait: hæc miſerande puer, tibi funera reſtant,*
*Ne mea crudeli crimina morte luas.*
*Tum ſubitò patrijs vindex elabitur agris,*
*Et petit Euganei rura beata ſoli:*
*Pontificiq́; graves confeſſo criminis auſus*
*Conſcia delicti culpa remiſſa fuit,*
*Illius atq; bonis veſtalibus atria Nymphis* **Ioan XXII.**
*Condita ſunt fundis Itzehoæ tuis.* **Pont. Rom.**
*Cum tamen exitio regni, comes ante nefando*
*Fœdere Marchiacos iunxerat ille ſibi*
*Arx hæc à Magno fuit expugnata Gerhardo,*
*Vincula captivo dura ferente patre*
*Differ, & aduerſo vindictam tempore cela* ,,
*Hoſtis nec modicas deſpice maior opes.* ,,
*Nam parit illuſtres occaſio nacta triumphos* ,,
*Sæpè bouem pungens paruula cædit apis.* ,,

## DE HAGBERTO ET CYGNE

pari amantium qui olim Sunderburgi ſuſpendio vitam finierunt: ille à patre Cygnes; hæc ſuâ ipſius manu cum pediſſequis nonnullis; arce ſimul incenſa.

*Sax. Gram. Lib. 7. Hiſt. Danic. Crantzius in Chron. Sueciæ lib 2 cap. 46*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

„ Æquis Deus delicta pœnis corripit.
„ Mendæ luunt pœnas graves nefariæ.
Prælia cum quondam facerent piratica Reges
Militiæq́; frequens hoc genus eſſet aquis.
Alfus & Hagbertus, Danai flos ſanguinis alter
Sueoniæ ſummis editus alter auis
Balthiaco validis certabant æquore pugnis:
Bellaq́; dum fuerant clade peracta pari
Mutua collatis pepigerunt fœdera pactis,
Altaq́; ſunt Danaæ tecta petita domus.
Tum Regi ſoboles fuit inclita nata Sigaro.
Vocalis Cygnen nomine dixit Olor:
Illam ſollicitis Hagbertus amoribus vſsit,
Nobilis, Hamundo Rege parente ſatus
Sed facibus flagrans Hildigeſlæus eidem
Diſsidij ſparſit ſemina dira noui.
Fortibus hinc armis Hamundus concidit, vltus
Quem fuit Hagbertus prole, Sigare, tua
Protenus exhauſto rigidi certamine Martis
(Quo non mortales improbe cogis amor)
Veſtibus hoſtiles petijt muliebribus arces
Haconis falſo nomine iuſsa ferens:
Donec, iam repetens aſsueta palatia, Nymphæ,
Oſcula virgineo fixit amata toro,
Multaq́; cærulæas quæ vincunt munere gemmas,
Nocturnis cæpit, ſed retinenda, dolis.

Hammundus parens Hagberti.

Hildigeſlæus natione Teuto.

Haco frater Hagberti.

Luſibus vtq́; ſuis tandem nox læta fuiſſet
    Feciſſentq́; ratam mutua vota fidem:
Hæc (iuuenis dixit) patrio mihi nata cruore,
    Hæc mihi pugnaci baſia parta manu,
Qua geminos ſubitis fratres ego cladibus hauſi:
    Si volet (heu) letho plectere facta parens,
Tune pari mecum, mea cara Roſuncula, ſorte
    Ibis ad Elyſij diua vireta ſoli?
Iuro tibi mea lux (reſpondit virgo) cruentos
    Ad manes tecum ſors erit vna mihi.
Flos tener eſt noſtri cui creditus ille pudoris
    Quas ſine me pœnas neſcio morte daret.
Ac ita, dum medio tempus ſermone trahebant.
    Prodita ſunt tacito facta nefanda dolo.
Et data iam iuuenis, manibus poſt terga reuinctis,
    Supplicio diræ colla fuere crucis.
Quem Nymphæ genetrix his eſt affata: puellam
    I nunc illecebris falle, doloſe, tuis
Plena ſoporifero famulæ date pocula vino
    Cornea (depellunt pectore vina metum)
Vltimus Hagbertum moribundi gutturis hauſtus
    Tartareis læſo numine ſiſtet aquis.
Reddidit ille: tuæ licuit quæ iungere natæ
    Nunc dabo poſtremis, oſcula blanda, cyphis,
Quæq́; tuam gemino ſubmerſi funere prolem,
    En mea, quæ calicem ſuſtulit, illa manus.
Tantis ille minas obiectas reſpuit auſis,
    Matris & effuſo proluit ora mero.

Interea

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Interea ſocio miſerabilis agmine Cygne
　　Vitæ deflebat tempora dura ſuæ.
Dumq́ procul tectis caſum cernebat ab altis
　　Me miſeram! letho quæ comes ibit? ait:
Nam, mihi plus charæ quem munere lucis amaui,
　　Ad Phlegethontæos it mea vita lacus.
Ore fidem dixi, præſtabo mente: peritis
　　Mors tenebris ſalue! lumine vita vale!
Dixerat: & famulæ dominam ſunt morte ſecutæ
　　Strangula queis pepli, fiſſaq́ veſtis erant,
Cum ſua colliſis arctarent guttura nodis
　　Iniectoq́ darent tecta cremanda rogo.
Hinc miſer accenſas flammis crepitantibus arces
　　Vidit vt Hagbertus, quæ mora mortis? ait
Ocyus aëreis moriar ſuſpenſus in auris,
　　Nulla mihi vitæ gaudia, mille necis:
Promiſſam quia noſce fidem, rutilasq́ fauillas
　　Iam dominæ properant vltima fata meæ.
Sic iuuenis: quos & vivos amor vnus habebat,
　　Vna pari letho, ſuſtulit hora duos.
Si qua tamen ſimplex iuuenum face Nympha caleſcis
　　Me Paphiæ fugias furta monente Deæ
Infelix ego ſum Regalis filia Cygne,
　　Exemplo ſtuleas cautior eſſe meo.
Improba ueſanis dum conſecro pectora flammis
　　Inc æco triplici vexor amore modo:
Morte mea pereo: niueum ſtuprata pudorem
　　Exuo (pró) regnis exitiumq́ paro.

Quæ

*Quæ fruor illecebris primum, necor inde dolore:*
*(Sic eſt illicitus dulcis amaror amor)*
*Ac horrenda graues pœnæ delicta ſequuntur,*
*Par tragicus captis exitus eſſe ſolet.*
*Obruta ne denſis eſſent mea facta tenebris,* Sunderburgum in ducatu Sleſuicenſi.
*Arx dedit Auſtrali nomine dicta fidem.*
*Hic caput ante rogos à ſordibus eluo pectens,*
*Hac ſcelus eluitur non tamen arte meum.*
*Spectra ſed à tergo cur ſint mea cognita? quæris*
*Exutus noſci non ſinit ora pudor.*

## IOHANNES POGVVISCHIVS de ſe ipſo loquitur, vindictam exercens in hoſtem Iacobum Ranzovium quem cepit in urbe Lubeca, & ſaluus inde diſceſsit,

Virtus facit, non cenſus, eſſe nobiles.

*IOhannes ego ſum PogVViſcho ſanguine natus,*
*Fresburgi colui prædia culta ſoli*
*Me Iacobus poſtquam tenuit Ranzovius olim*
*Ære, nec eſt dicto reddita ſumma die,*
*Tu mihi quæ debes niſi ſolvas, creditor inquit,*
*Mox tua præfigam ſigna manumq; cruci,*

*Nos ſoror expoſuit gemino, loquor, vtraq́; partu,*
*Non gradus admittit ſanguinis iſte notam:*
*Cuncta tibi, concede moram, ſoluentur ad aſſem,*
*Præcipitant noxas ira furorq́; graues.*
*Concitus hic furijs & turpi Mammonis Oeſtro*
*Dicta facit meritam rebus habere fidem.*
*Quærentem valido latebras expoſco duello,*
*Pugnandiq́; vices hora locusq́; negant:*
*Donec Lubecæ meus intra mœnia celſæ.*
*Hoſtis ſiſtendi, ſit mihi iure datus.*
*Dedita quem ſomno releuantem membra diurno*
*Oblata cogo vincula ferre manu.*
*Iamq́; fide dextraq́; mihi conſtringitur ipſa.*
*Æs ego qui præter debeo vile nihil.*
Chriſtiernus III. *Colla ſed inde iugo ſunt & mea ſubdita: tandem*
*Lis ea Chriſterno-Rege ſopita fuit,*
,, *Non genus, & fului ſitis inſatiabilis auri,*
*Virtus nobilium claraq́; facta decus.*

Ionas ab Elverueld

# INDEX IVXTA SERIEM
## *Alpheti.*


A

Alexander Rex Macedo, fol. 6
Arturus Rex Brittanniæ. fol 9
Adolphus dux Holſatiæ, fol. 20
Antonius Perennottus Atrebatenſis & Lotharingus Cardinales fol, 22
Antonius Leva Dux Caroli V. fol 31
Andreas Aurias Cæſareæ claſsis præfectus fol 31
Apollinis ſtudium fol. 54
Andreas Mylius de curto cane fol,55
Annæ Breidanæ Pietas in fiilos fol 74
Adolphi comitis Holſatię cædes fol. 116

B

Bibliotheca Ranzouiana fol 95
Bredenbergēſis fontis inſcriptio. 114
Bibliothecæ Ranzouianæ decretum. fol. 113
BuckVVoldij.& Bulouij mutua contentio, fol. 120


Caius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

C

Cajus Julius Monarcha Romanus f. 7
Carolus Magnus Imperator Germa-
nicus, fol. 10
Carolus 5. Rom: Imperator. fol 11
Canutus magnus, Rex Daniæ, Sueciæ
Norwegię Angliæ & Normãniæ fol 11
Chriſtiernus III Daniæ ac NorWe-
giæ Rex fol 16
Chriſtiernus II Rex Daniæ, Sueciæ &
Norwegiæ fol 22
Conſaluus Ferdinandus Corduba Fer-
dinandi Hiſpaniarum Regis dux
fol 24
De Cimbris varia à diuerſis autoribus
conſcripta fol 63
De curto cane, Henricus Huſanus &
Andreas Mylius. fol 54

D

Dauid Rex Iſraëliticus. fol 4
Daniel Rantzoui' dux exercitus.
Regis Danorum Friderici II in Sue-
cos. fol 36

Di-

Diſceptatio Veneris, Iunonis & Dianæ Venationis Deæ de præſtantia arbitro Apolline fol 54
De Borchardo Itzehudeo nobili Holſato fol 66
De virtute Iohannis Ranzouij Iohannes Lauterbachius. fol. 82
Douſæ Filij Carmen in inſignia Ranzouiana fol. 87
Douſę eiusdẽ in Pomariũ horti R:f. 83
Danielis Ranzouij Symbolon fol. 90

E

Ericus Rex Sueciæ in vinculis fol. 23
Espigramma de fugacitate vitæ fol 48
Emblema Henrici Ranzouij fol. 90
Epilogus fol. 41
Emblema Henrici Ranzouij aliter expoſitum, fol
Encomia Venationis fol. 53
Epigrãma in fortitudinem cimbricarum mulierum fol. 77

F

Ferdinandus I. Roman. Imp. fol. 15

Fridericus II Daniæ & NorWegiæ Rex, Fol. 11
Friderici Regis Epitaphium fol. 121
Ferdinandus Toletanus Albæ princeps. Fol. 21
Franciſcus à Brockenhusen regni Daniæ Mariſcallus ac vniuerſi peditatus Dux: Fol. 71
Fortidudo Cimbricarum mulierum Fol. 77
De fide ſeruorum Jonas Eluerfeldius. Fol, 87
G
Gothofridus Bilionæus Rex Hierosolimitanus. fol. 31
Georgius Fronsbergius Sueuus Caroli V. Dux Fol. 26
Guilhelmus princeps Vraniæ. Fol 28
Guilhelmus Thumsernus Proteſtantium bello Dux. Fol. 34
Georgius ab Holle Eques BrunſVVicenſis. Fol. 38
Gaſpar Ensius de Dithmarſis. Fol. 66

Genethliacum Henrici Rantzovij Fol. 102

H

Henricus Rantzovius ad ſpectatorem fol. 3
Hector Troianus. Fol. 5
Herminius Dux Germanorum Fol 8
Henricus Iunior Dux Brunſuicenſis & Luneburgenſis Fol: 20
Henricus Ferreus comes Holſatiæ Fol. 21
Henricus Rantzovius de DEo & fato fol 41
Eiusdem de morte ſuorum Fol. 44
Henricus Huſanus de aula Fol. 48
Henricus Ranzovius in casum Phaëtontis Fol. 49
Henrici Huſani de Epicharmidicto Elegion. Fol. 50
Henricus Rantzouius de ira principum. Fol. 51
Henricus Huſsanus de Curto canc. Fol. 54



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Henricus Rantzouius de ſe ipſo
Fol. 61
Henrici Ranzouij perpetuum de Bibliotheca ſua decretum Fol. 113
Hamburgenſis Præpoſituræ inſcriptio. Fol, 112
Humanæ vitæ viciſſitudines Fol 52
Henricus Huſanus de dicto Saluſti
Fol. 48

I

Iridis allegoria & myſterium Fol. 97
Ioſua Dux populi Iſraelitici Fol 3
Iudas Maccabęus Fol. 4
Iohannes Comes Arenbergenſis
Iohannes Ranzouius trium Daniæ Regum Conſiliarius & bellorum dux.
Fol. 25
Iohanniſcus Morio Ranzouiorum cum Epilogo. In tabulam Romę ruinam ob oculos ponentem Fol. 60
Ionas Elueruelduis de nobilitate Holſatiæ. Fol. 67

Iohan-

Iohannos Lauterbachius de fidelitate Itzehudenſis. Fol. 66
Iohannes Piſcator Ranzovij Fol. 39
Inſcriptio arcis Ranzhovisholmiæ Fol. 111

L

Laudes & commoda pacis Fol 52
Leporarium Henrici Ranzouij. Fol. 61
Lucius Iulius Florus de Cimbris Fol 65
Lucanus de populis Arctois Fol 67
Lauterbachius in pyramidem Segebergensem. Fol. 85

M

Mathias Corvinus res Vngariæ Fol. 12
Maximilianus I Romanorum Impator. Fol. 13
Mauritius Septemuir Saxoniæ Fol. 17
Maximilianus II Roman. Imperato. Fol. 18

Maxi-

Maximilianus Comes Burenſis Caroli V. Imperatoris dux. Fol. 25
Martinus Rosheimius Geldrenſis primò Galliarum Regis deinde Caroli V. Dux. Fol. 30
De meditanda morte ad Hen: Rantzouium Iohannes Lauterbachius. Fol. 63

O

Odettus Fuſius Lotrechius copiarum Gallicarum in Italia Imperator. Fol. 29
Otto Rute poſt Trollium præfectus Claſsis Danicæ. Fol. 37

P

Philippus Landtgrauius Haſsiæ Fol. 19
Pasquillusad Germaniam. Fol 41
Plutarchus de Cimbris in vita Marii. Fol. 64
PogWiſchiæ fæminæ nobilis Holſatiæ magnanimitas Fol. 76

Pietas

Pietas mulierum nobilium Holſati-
carum. Fol. 78
Preces Henrici Ranzouij pro fælicj
ex hac vita exitu. Fol. 91
Pyramides Ranzouianæ Fol. 85
Item Fol. 92

Q

Querela Vitj Canis de infidelitate
ſociorum. Fol. 55
Querela Henricj Ranzouij de morte
ſuorum. Fol 44

R

Ranzouisholmiæ inſcriptio. Fol 111

S

Sebaſtianus Schertelinus vrbis Au-
guſtæ Vindelicorum belli Dux F. 32
Seuerinus à Norbui Chriſtierni II
Danorum Regis in Scandia præfe-
ctus. Fol. 33

Seuerinj à Norbuj Epitaphium Fol 3
Spes vitæ Iuctus pharmacon ad Hen-
ricum Ranzouium. Fol. 84
Symbola Friderici II Regis Daniæ.
Fol. 88
Symbolũ Danielis RanZouij Fol. 90

T

Tabernaculum Henrici RanZouij
Fol. 95
Tabula Romæ ruinam ob oculos
ponens. Fol. 60

V

Volfgangus Lazius deorigine
Cimbrorum. Fol. 63
Valerius Maximus de Cimbris fol 67
Viti canis querela & Epithaphium
eiusdem. Fol. 55
Vitj Canis conqueſtio & applicatio
eiusdem ad àulicos. Fol. 59
Venationis Encomia. Fol. 53
VValſtorpius Bockwoldiũ propter
venationem interficit Fol.

*Lapſus*

# LAPSVS OPERARV[M]

## *Poſterioris huius opuſculi.*

Fol. 5. vers. 16 pro terrore l. terror.
F. 11. vers. remoue ſuperfluam ſyllabam Da.
Fol. 15 vers. 12. f 16 lege Ferdinandus, aliâs non conſtabit verſus
Fol. 19 vers. 18. lege Brunsuicensis
Fol. 21. vers. 13 lege quod pro quot.
Ibidem vers. 20 pro vertices. l. vertice
Fol. 23 vers. 17 pro perenni l. peremi
Fol. 24 vers. vlt. pro tera lege terra
Fol. 26 vers. 12 l. Maximiliane non Maximiliane
Ibidem vers. penult. lege. ſtans ego equum.
Fol. 42 poſt vers. 10 verba (Deus & factum) dele
Fol. 45. ad finem vers. primi adde. Luctu
Fol. eodem vers. penult. pro poſito. l. poſitos.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Fol. eodem vers. vltimo pro infracto
l. infracta
Fol. 46 vers 9 pro terrenam lege ter-
nam.
Fol. 47 vers. 17 pro Deum. l. Domi-
num.
Fol. 49 vers, 16 pro ſita l. fixa.
Fol 50. vers 2 pro Quin &. l. quin
etiam
Ibidem vers. 15 l. pro ſapientis, ſapi-
entiæ
Fol 51 vers. 18 l. declinant
Fol 58 vers. 11 l. ſector & jndicio, non
iudicio.
Fol 60 vers, 19 l. quam pro qua
Fol, 61 vers, pen. l. vita mihi melior
Fol, 62 vers 8, pro Rex Demens, l.
clemens
Fol, 65, vers, 3, l. refert
Fol, 66. vers ante penult l, Iapeto ſa-
tus patre, non pater
Fol, 68 vers, 15 omitte vnum D,
Fol 72, vers, 4. l. dedidit non dedit
Fol 73 vers 7 pro angebat l. cingebat

Fol,76 vers,9 pro pro multum,l.inultum
Ibidem vers,21 l, interfecêre
Fol, 77 vers, 3 l, prognatam
Fol 79 vers, 9 pro tum l, tunc
Fol, 89 vers, 16 l, orcus pro ortus
Fol 98 vers antepenul pro ex l, ab
Fol, 100 vers, 4 l, vigorem
Fol. 107 vers. 1 pro colligo l. colligis
Fol. 109 vers. 12. pauitant tua geſta per orbem

*Reliqua errata, quemadmodum & interpunctiones, quas Typographos non accurate vbiq; obſeruauit, prudens lector facile animaduertet.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,49 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 128 [53,-49 8°]